




Vl, 25.

2.498



Contenta voluminis :

1. Memoriarum Coburgensium Fasc. I, II, et  
Fasc. III Memoria I, II, III, IV.
2. Memoria Johannis Lucii.



ILL. CASIMIRIANI  
 DIRECTOR  
 I. N. I.  
 MEMORiarVM COBVR-  
 GENSIVM  
 PRIM A

MEMORIA INITIORVM ILL.  
 CASIMIRIANI  
 ET  
 PRIMI EIVSDEM DIRE-  
 CTORIS  
 ANDREÆ LIBAVII  
 MEDICINÆ DOCTORIS.



ILL. CASIMIRIANI  
COBURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI

S. I. S.

§ I.

**C**OBURGVM, Vrbs Franconiae ampla et pernetus, ad Issum fluvium et radices sylvae Semanae, Centrumque pridem dicta Germaniae, Locus, situs opportunitate, salubritate aeris, amoenitate telluris, et mediocri rerum necessariorum copia, cum quouis alio comparandus, Aedificia publica complura magnitudinis visendae habet et exornatissima, et in his Templum, diui Mauricii memoriae olim consecratum, cuius a latere Illustre conspicitur Gymnasium, Musarum, Literarum, et Artium ingenuarum Domicilium. *Vidd. Georgii Eyssenwinners Oratorium Coburgi Encomium, A. 1663. adornatum, impressumque, I. M. Meyfarti Compendium Geographiae Methodicum pro Illustri Casimiriano p. 233. et 239., et Dn. Consilarii Hönnii Historia Saxo-Coburgiaca.*

§. II. COBURGENSE hoc GYMNASIVM, GYMNASIVM ACADEMICVM, et COLLEGIVM DVCALE, vti sub



subinitium Seculi a nato Salvatore XVII. aperire decreuerat  
*Princeps quondam Indulgentissimus et Dux Saxoniae*, IOHANNES  
 CASIMIRVS, ita, vt suum id semper tenere posset statum, pro-  
 spexit munifice, reditus largitus est vberes, statos, et nulla tem-  
 porum iniuria interuertendos; lapidem a fundamentis excitandi  
 Collegii primum, cum in Aede Mauritianae Deo idcirco prius  
 fuisset supplicatum, in angulo ipsius superiore et dextro poni,  
 et, praeter alia, peculiarem nummum memorialem inferi, in-  
 demque illud Aedificium, Anno MDCIV. absolutum, extrinse-  
 cus statuis picturisque, (in frontispicio effigies visitur ipsius *Fun-*  
*datoris Munificentissimi*, saxo incisa; et haud procul ab eadem *In-*  
*scriptio*, quam vocant, similiter facta, relataque a *Dr. Hönnio in*  
*Historiam*) intrinsecus Auditoriis, aliisque ad Oeconomiam et  
 caetera necessariis exaedificationibus, splendide instrui curauit.  
 Anno autem MDCV., die tertio Iulii, solennis Inauguratio et  
 Dedicatio hoc quidem ordine suscepta est, vt primum in Aede,  
 semel iterumque dicta, Concionem habuerit *Melchior Episcopus,*  
*Pastor Coburgensis et Superintendens Generalis* ex c. XXXIX. Sy-  
 racidae, in Gymnasio deinde, eodem die, verba fecerit *Volckmar*  
*Scherer, Cancellarius DVCALIS*, de ILL. PRINCIPIS Consilio et  
 Instituto Gymnasia aperiendi, Cancellarii Orationem exceperit  
*Recitatio Scripti* et prolixi, et grauiissimi, quod in primis Gymnasia  
 indicauit Occasionem, Institutionem, et Dorationem, tum *Le-*  
*gum* secuta sit *Promulgatio et Consignatio Lectionum*, gratias  
 porro egerit *Albertus a Steinau*, cognominatus *Steinrück*/  
 vnanimem omnium vniuersae prouinciae Ordinum mentem  
 atque vocem repraesentans, Actumque tandem Dedicacionis  
 huius clausit Oratio breuis *Wolfgangi Heideri, in Academia*  
*Ienensi Professoris*, quippe qui, ad Gymnasium hoc nouum recte  
 constituendum, a PRINCIPLE evocatus fuit, et Leges pro Gy-  
 mna-

mnasio conscripsit. *Vidd. Dn. Höm c. l., Dn. Müller in Annal. Sax. ad A. 1601, et ad A. 1605., Tenzelii Saxonia Numismatica P. I. p. 270. 271., Inauguratio Illustris Gymnasii Casimiriani literis A. 1605. prodita (Praefationem complectens Scholarum, Rectoris et Collegarum Illustris Casimiriani, Concionem Praesulis Dedicatoriam, Scriptum illud, de Gymnasii Constitutione et Dotatione, Leges, Lectiones, et Orationem Heideri) Necyssa Poetica, W. Heiderò defuncto A. 1627. d. 3. Iul. Coburgi instituta a Melchiore Steinbrück / et foràs data A. 1630., Oratio funebris, D. IO. CASIMIRI, D. SAX., honori consecrata et edita Ienae A. 1634., Philippi Theodori Verpoortennii, Prof. Coburg., Oratio A. 1709. habitata et exscripta typis, de diuersis Dei et hominum circa Scholas iudiciis, Sagittarii Historia Gothana per Tenzelium edita p. 433., (nam ad haec Inaugurationis Solemnia Gotha arcessabantur Consul, Rector et Astygrammateus) citatum Meyfarti Compendium, Aedis Casimirianae im agunculam faberrime expressam in frontispicio ostentans, nec non Noua Literaria Germaniae Mens. Sept. A. 1705., quae ipsa, quo ordine, quae ceremonia, dd. 3. Iul. et seqq. A. MDCCV. Sacra solennia secularia in Gymnasio Coburgensi facta sint, percerent.*

§. III. At enim per solennem hanc, sanctam, et publicam Dedicationem, et Gymnasiarcha M. Iobanne Fabro, qui illustri Scholae prouinciali ornandae et moderandae cum dignitate Rectoris d. 10. Dec. A. MDCV. praefectus erat, Initia et Fundamenta solum iacta sunt futuri Gymnasii, ipseque Faber, post non multo (A. MDCVI. exeunte) Superintendentis Eisfeldensis nactus sparram, Coburgo abiit; Andreas autem Libanius, Philosophiae et Medicinae Doctor, Rotenburgo ad Tubarim, accitu elementissimo, et hocatus, ex ordine collocauit omnia, eo labori-

et hoc videri potest, quo ingeniosior, testis Historica Relatione de Au-

spi-



*spicuis Gymnasi breuiore, quae in Matricula et Ciuum Gymnasticorum Catalogo contexta conspicitur. Vita Fabri illius, benedominino distinguendi a Iohanne Fabro, Bürdensi, Ecclesiae Coburgensi Aulico, annexa est ad Concionem funebrem, Parentis, Archidiaconi in Rodach, memoriae A. 1612, habitam ab Henrico Schunckio, Vitamque et Scripta Fabri eiusdem, Gymnasiarchae, habet Notitia Rectorum Schleusingensium (Schleusingae Faber Rectorem etiam egerat Gymnasi) p. 14. seqq., edita A. 1712. Pergendum enim et properandum nunc est ad Libanum.*

§. IV. Hic *Andreas Libanius, Theologus, Historicus, Poeta, Orator, Physicus et Medicus, Vir omnibus Gymnasiarchae ornatus dotibus, ingeniique ac studiorum eminentissimus seculi sui, natus erat Halae Saxonum, in patria viuendi Praeceptoribus et artium liberalium Magistris vsus erat Viris Clarissimis, Io. Riuio, Ioannis Filio, et Io. Ladislao, Ienamque in Academiam missus, in Philosophia perinde, ac Medica Arte, Doctor ibi meruit renunciari, nec non Poeta Caesareus. Ienae Historicos et Poetas interpretando explanauit a die Martini A. MDLXXXVIII. Iena d. 24. Apr. A. MDXCI. Rotenburgum ad Tubarinos se contulit, Gymnasi ibi Inspectoris, Exercitiorum Praesidis, et Poliatrini nactus officium. A. MDCVII. d. 21. Febr. a Tubarina ripa, accitu supra dicto clementissimo, Coburgum venit, Director Gymnasi constitutus, Professor primarius, et Scholae oppidanae triuualis Inspector, d. 20. Mart. a. e. introductus est, d. 22. April. claus accepit Gymnasi, Filios, quod ex eadem illa Matricula constat, habuit, Michaelem Libanum, Medicum, et Andream Libanum, suo huic muneri rectissime, magna idcirco laude semper cumulatus, praefuit, denatusque est A. MDCXVI. die Jacobi. Vidd. Freherus in Theatro P. III p. 335., Witt. Diar. Biogr. T. I. ad a. 1616., König in Biblioth. p. 471., Zucmerus in Vitis Profes-*

forum Ienensium *Class. IV. p. 51.*, qui vero omnes ex recensione nostra complendi sunt et emendandi, *Dn. Olear. in Syntagm. Rer. Thuring. p. 219.* Orationes introductoriae tres, typis exscriptae, et in *ILL. Gymnasio Saxonico Coburgi, cum in illud introduceretur Director Andreas Libavius, Medicinae D. P. P., Rotenburgi ad Tubarim euocatus, habitae, a Melchiore Episcopo, Superintendente provinciali, Io. Gerhardo, S. T. D., Superintend. Heldburgico, et a nouo Directore d. XX. Martii A. MDCVII., quibus Orationibus Programma praemissum est, in Valuis Gymnasii Idibus Martii A. e. publicatum, et Scholarum nomine scriptum a dicto Melchiore Episcopo, Dn. Reimb. H. Rollins in Biss. Epistolica de Doctoribus Academicis ad Gymnasiorum vel Scholarum gubernacula euocatis p. 36., et Adrian Beyerus in Nomenclat. Profess. Ienensium, qui ipse Libaviuum peculiari ornavit et honoravit epigrammate.*

§ V. Plura autem cum sint *Ἐπιγραμμαὶ ἄλλα Libauiana*, eademque *Coburgensia*, in *Tabulis Gymnasii publicis* ante oculos quae adhuc obuersantur, praecipua, et cum Instituto hoc nostro congruentia, indidem commemorasse iugerit. Postridie enim, quam introductus fuit *Libavius*, Professores caeteri et Praeceptores publice sunt renunciati; D. 23. Mart. A. MDCVII. Studiosi Publici, quod *Ver Poorrennius* etiam in *Oratione sua p. 37.* notauit, conuocati frequentesque conueniebant, studium pietatis, reuerentiae et industriae promissuri: D. 12. Apr. Lectiones *Valvis* affixae sunt, alias fortassis, et in alia *Lectionum Gymnasticarum* memoria, indicandae: Disputationes et Declamationes et reliqui appararunt Professores, et *Io. Gerhardus* in primis, ex Professore Collegii huius qui Professor Theologus euasit Ienensis, egregiaeque personam sibi impositam sustinuit *Libavius*: *Libauius* Directore, inter Ciues Gymnasii, Academicarum, si docendi instituta spectentur, aemuli, non adscripti sunt solum, qui Aca-

de.

demiis nondum adierant, verum etiam, qui in Academiis ante confecerant spatia, notati et designati a *laudatissimo Verpoorterio*: coepit *Directore Libauio* Paedagogium A. MDCIX., ad cuius conditionem institutio vt accommodaretur, Rector Classicus, et alius adhuc Praeceptor, sunt assumti: Vltimis *Libauii* annis anno nominatim MDCXIII., numerus Professorum augebatur: et quanquam Coetus Publicorum Ordinis vtiusque, numerum raro attigerit septuagesimum, imo aliquando Examine Publicorum solum interfuerint triginta, tuerunt tamen, (*vt est in supra allegata Relatione Matriculae Historica*) industria incomparabilis *Libauii*, in Coetu Publicorum aliquot Iuuenes literatissimi, multis Academicis doctiores.

§. VI. Et fuit *Andreas Libanius* πολύγραφος, quod ex *Frebero*, *Wittenio* et *Koenigio*, supra iam citatis, patet, et ex *Clessii* praefertim *Catalogo*, *Draudii Bibliotheca*, *Librorumque Indicibus*, qui exeunte Seculo XVI. et ineunte XVII. Scripta recens emissa enumerarunt; ex quibus ipsis perinde, ac Tabulis Gymnasii publicis, *Scriptorum Libauianorum* secundum annos editionis contexuimus Syllabum, sed, in copia tam mirabili quia is colloquetatus est, in paruum hunc et angustum locum adeo non concludi potest, vt in alium potius, aliud tempus, aliamque *memoriam*, sit referendus.

§. VII. *Libania* ergo amisso, Studiofa Iuuentus Parentem amissit suum, Musae Casimirianae suum Ducem, Philosophi suum Aristotelem, Theologi suum Parastaten, qui sinceræ Religionis causam contra Iesuitas incredibili cum laude et felici dexterritate egit, Medici, non in Germania modo, sed in tota Europa, suum Hippocratem amiserunt; utpote, cum tanti Viri iudicium in rebus obscuris et perplexis non solum Clarissimi quique in ea *Facultate* maximi fecerint, sed integra etiam Medicorum Col-

legia anxie exquisierint: amiserunt Poetae suum Virgilium, Scholae Augustanae Confessionis suum Logicum, omnes vero *Virum incomparabilem, et nullo auro redimibilem.* Hic ipse est, qui *Coburgi* tot praeclarissimos in Theologia, Jurisprudencia, Medicina, Doctores et Licentiatos, in Philosophia Magistros, rara felicitate, vix decenni spatio, educauit, et indefessa sedulitate expolitos Reipublicae literariae emisit. *Quam insignem Laudem, iustam sane et debitam, Meyfartus transcripsit in supra adductum Compendium Geographicum p. 241., de promptam videlicet ex programmae funebri, quod, cum publico Libauii funere esset offerendus, et luctus Viduae Liberorumque omni leuandus solatio, ex Decreto DNN. Scholarum Professores Casimiriani promulgarunt d. 28. Jul. A. MDCXXVI.*

§. VIII. Haec autem Memoria Initiatorum Gymnasii Casimiriani et Libauiana, in *Memoriis Coburgensibus*, consimili posthac ordine in publicum proponendis, prima, eo haud dubie aptius renouatur et instauratur, haec eo rectius adhibita est Praefatio, quod Jo. ERNESTVS HODERMANN/ *Stepfersbusanus, Studiosus Publicus laudatissimus et Φιλόσοφος,* nuper iam dum auditis, sed noua Oratione, et commemorabili adeo conatu, ad dicendum surrecturus, die *SERVATORIS* nostri natalitio, qui hodie est, *memoriam Eruditorum, hoc in senium et finem vergente Anno MDCXXIV. defunctorum, consecrare, et Rhythmis simul Ebraeis, versuque Graeco, Latino et vernaculo, variis modis fundendo et numeris, et ex memoria, hinc exortam Ecclesiae, Reipublicae et literarum fortunam lugere in animum induxit suum;* quod munus sic explebit, vt *memoriali sua Recensione illam SERVATORIS nostri Natiuitatem,* qua res nulla vquam *memoriae* hominum sempiternae esse debet commendator, in partem reducat *memoriam.* Vos, luenes Studiosi, Ciues dilectissimi, officium et *memorem* in bene meritos, GENETHLIA cum primis, praefate animum. P. P. Coburgi Festo Natalit. A. MDCXXIV.

*Coburgi,* Typis Mauritiū Hagenii, Typogr. SAXO-DVC.

I. N. I.  
MEMORiarVM COBVR-  
GENSIVM  
SECvNDA

f.  
MEMORIA SCRIPTO-  
RVM LIBAVIANORVM,

ET  
ZACHARIAE SCHEF-  
TERI,

JLL. ATHENAEI COBVR-  
GIACI  
DIRECTORIS SECvN-  
DI.

ILL. CASIMIRIANI CO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. IX. Index nunc sequitur Scriptorum *D. Andreae Libavii*,  
*in Memoria Coburgensi prima* promissus, non sine labore conqui-  
situs & contextus, nostroque instituto et multorum Literato-  
rum expectatione fortassis dignus.

§. X. Proderunt nimirum, *Andrea Libavio Autore*,  
*A. 1590. Positiones de Iudicio et exploratione Homicidae ex sangui-  
ne interemti*, Jen. 4.

*A. 1591. Questionum physicarum controversarum inter Peripate-  
ticos et Ramaeos Tr.*, Francof. ad Moen. 8.

*A. 1594. de Paracelsificorum impostoria vulnerum per unguen-  
tum armarium sanatione, et de cruentatione cadaverum, praesente  
eo, qui occidisse creditur, Tractatus duo, cum epistola contra Panacea-  
am Anwaldi. Ff. 8. It. Neo-Paracelsica, in quibus vera Medicina  
defenditur adversus repetita, tum Georgii Anwald, cuius Li-  
ber de Panacea excutitur, doceturque, quid sit Panacea, tum Jo.  
Grammanni, olim Theologi, nunc Pseudo-Chymici, Ff. 8.*

*A. 1595.*

A. 1595. *Dialectica Aristotelico-Ramaca*, Ff. 8. Ed. II. A. 1599. Ed. III. A. 1608. It. von der Panacea Arnwaldina *Segenbericht/ Franckf.* 4. It. *Anti-Grammanna secunda* Ff. 8.

A. 1596. *Schediasmata Medica et Philosophica ad Henningum Renemannum*, Ff. 8. It. *Notae in Medicinae Hermeticae Artificibus Catholicae, ad tuendam sanitatem, et hydrargyrum, et imperfecta metalla in aurum transmutandi expositionem*, Ff. 8. It. *Tetraemerrum Autoschediasticum, pro defensione sententiae A. Libauii de Apodixi Aristotelea, contra mentem P. Rami, adversus I. Bisterfeldii Sophismata*, Ff. 8.

A. 1597. *Alchymia, dogmatibus et experimentis, ac Commentario Medico-Physico-Chymico aucta, ac variis instrumentorum Chymicorum picturis*, Ff. 4. Ed. II. A. 1606. fol. It. *Rerum Chymicarum, Epistolica forma ad Philosophos et Medicos praestantes Germaniae conscripitarum, Libri quatuor*, Ff. 8. It. *Commentationum Metallicarum Libri quatuor, de Natura Metallorum, Mercurio Philosophorum, azotbo, et Lapide, sive Tinctura Physicorum conficienda*, Ff. 4. It. *Centuria Epistolarum et Carminum de laudibus et virtutibus admirandis Panaceae Arnwaldinae*, Ff. 8. It. *Tractatus de remetallica, de Mercurio Philosophorum, de azoith, de Lapide Philosophorum, de arte probandi, de iudicio Aquarum mineralium*, Ff. 4.

A. 1599. *Tractatus de Medicina Veterum Hippocratica et Hermetica adversus Iosephi Michellii Paracelsistae ultimum conatum, item exponitur Vniuersale Alchymistarum per Lullium et Arnoldum*, Ff. 8.

A. 1600. *Variarum Controuersiarum subtiliorum, inter Philosophos, Medicos, Peripateticos, Ramaeos, Hippocraticos, Paracelsistas etc, agitatarum Libri II.* Ff. 8. It. *de Dialectica Aristotelica, a Melanchthone et Ramo perspicue exposita, Dialogi I. et II.* Ff. 8.

A. 1601. *Defensio et Declaratio Alchymiae transmutatoriae, op-*

posita Nicolai Guiperti expugnationi virili, et Gualtonis Clanci apolo-  
giae, Ff. 8. It. Opus Alchymiae practicum, Ff. fol. It. Singularium  
Pars I, et II. Ff. 8. It. pars III., continens VIII. Libros Bituminum  
et affinium, historice, physice, chymice, cum controuersis difficillimis  
expositorum, iudicatorumque, Ff. 8. It. Singularium pars IV. et ulti-  
ma, continens historiam et investigationem fontis medicati ad Tuba-  
rim sub Rotenburgo, Libros Batrachyorum duos, de natura usu et chy-  
mia ranarum vtriusque generis, sectiones duas historiae et consuta-  
tionis Panaceae, violentia ambaldi iterum extortae, et tandem de  
Aethiopiis et Seribus duplicibus tractat iunculam, Ff. 8.

A. 1602. poemata Epica, Lyrica et Elegiaca, cum Epigrammati-  
bus nonnullis, Ff. 8.

A. 1603. Alchymistische Praetice/ Ff. 8.

A. 1604. Grefserus triumphans, h. e., Demonstratio, Jesuitas  
in Colloquio Ratisbonensi, A. 1601, habito, victos et prostratos esse,  
Ff. 4. It. Declamatio de Cometa Anni 1604. Ff. 4.

A. 1605, praxis Alchymiae, h. e. de artificiosa praeparatione  
Medicamentorum Chymicorum Libri II., quorum primus de Destil-  
lationibus, alter de Lapide philosophorum agit, Ff. 8.

A. 1606, Exercitatio scholastica de Norma et Normato contra  
Goclenium, Ff. 4.

A. 1607, Alchymia triumphans de iniusta Collegii Galenici in  
Academia Parisiensi Censura, Jr. Jo. Riolani Maniographia, falsi con-  
uicta, et funditus enersa, Opus Hermeticum, Ff. 8. It. Oratio Natali-  
tia prima in Genethliis Jo. CASIMIRI habita, Cob. 4. It. Disputatio de  
Opere primi Duci, It. Appendix Operis duci sexti, de Lapfu Protoplasto-  
rum et sophistica satanica.

A. 1608. Thema Logicum, s. Disp. de Dialecticae philippo. Ra-  
maeae, in doctrina aristotelis et platonis, convenientia.

A. 1609, Oratio Natalitia secunda, pro solenni celebritate Nata-  
lium A. 1608, habita, Cob. 4. It. Disp. de Vniuersalium et summo-  
rum



*rum Generum sive Praedicabilium et Praedicamentorum origine et sensu antiquo ex Cabbala, it. Disp. de Linguis originalibus sacrae scripturae et antiquae Versionis Latinae fide, it. Disp. de tempore Creationis Angelorum, it. Dissp. duae de Imagine Dei in angelis, it. Disp. de Corpore Angelorum, Resp. Jo. Fabro, scholae Classicae Coadiutore.*

A. 1610. *Tractatus Medicus Physicus, und Historie des fürtreffl. Casimirianischen Sauerbrunnens/nicht fern von Schmalkalden/Cob. 8. it. Contemplatio de Universalitate et Originibus rerum conditarum, iuxta historiam Hexaemeri Mosaici instituta, et in VII. libros distributa Ff. 4. it. Disp. de Filio Dei, et principaliter de quaestione, sitne Christus, quã homo, Filius Dei adoptivus? it. Disp. de Litaniarum origine et depravatione papistica.*

A. 1611. *Disp. de Aeternitate et Natura Temporis secularis.*

A. 1612. *Dissp. tres de Connubiorum impedimentis ex Consanguinitate, Jt. Disp. de Infantum baptizatorum poenitentia, notitia, assensu, et fiducia, Jt. Disp. de polygamiae iudicio, it. Disp. de Praedestinatianis Haereticis, it. Disp. de Loco Basili Magni ex c. 27. de Spiritu S.*

A. 1613. *Syntagmatis Arcanorum Chymicorum, ex optimis Autoribus, experientiaque artifice collectorum, T. II. Ff. fol. Jt. Dissp. sex pro Defensione Thesium de Praedestinatianis Haereticis, in quarum prima respondit Jo. Zeulnerus, Studiosus Publicus, et in Classico Coadiutor, in altera Georgius Bergnerus, Studiosus Academicus; unde enatus est de Haereticis, qui olim dicebantur Praedestinati et Praedestiniani, Tractatus novus, ed. Ff. et Novus Haereticus Praedestinianus, sive Haeresis Praedestiniana, ex veteri renouata et nuper producta, et Titulo Vindiciarum M. Ludovici Lucii, in Acad. Basl. Prof., in publicum emissa, ib.*

A. 1615. *Disp. de Significatione Termini Propter, occasione quae*

B 3

sti-

sionis, num Christus quidem mortuus sit pro omnibus hominibus, sed non propter omnes homines? It. Annotatorum ex Irenico D. Davidis Pareii in *Causa peccati et Praedestinationis Partes VI.*, sive sex Dissp. It. *Trium Quaestionum Physicarum Explicatio ex historiis miris*, s. *Disputatio, in qua respondit Primislaus Alcersberger, Pragensis, Philosophiae Baccalaureus et Studiosus in Casimiriano Publicus, qui nempe ex Academia ad Gymnasium redierat.*

A. 1616. *Appendix Vindiciarum Anti-Libauianarum, sive Censura duplex* (1) *Epigrammatica in Vindicias Lucifugae blatae*, (2) *Exercitationis Gymnastricae de significatione Terminum Propter, Basileae 8.* It. *Wohlmeyners Bedencken von der Fama und Confession der Bruderschaft des Rosen-Creuzes*/Ff. 8. It. *Repetitio Doctrinae Physicae, sive Disputatio (Coburgensis, nam et Disputationes haecenus citatae omnes Coburgifuerunt habitae) de Compositione Mistorum, quae, ut Tirulus habet, d. 27 Jul. A. 1616. ventilanda, ventilata fortassis non est, d. 24. Julii, et iriduo adeo ante, iam mortuo Andrea Libauio.*

§. XI. Ad memoriam denique Nominis et Muneris *Libauiani* quia addendum censemus, et obseruandum, quod in *Dedicatione Dialecticae suae supra allegatae Anno MDXCV. ad Consules et Senatores Civitatis Coburgensis* ipse scripsit *Libauius*, *Ego stipendio Vestro Scholae aliquando praefui Vestrae, Libauium Rectorem primum fuisse Scholae Senatoriae Coburgicae, Coburgo Jenam in Academiam, more et exemplo aliorum Virorum eruditorum istius aetatis, remigrasse, Jena porro Rotenburgum abiisse, et Rotenburgum tandem ad spartam Directoris Coburgiaci, indidem annotamus simul, nam annotatum indonduum fuit ab Historiae *Libauianae* Conditoribus. A *Libauio* autem progredimur ad *Libauii* in hoc *Directoris* munere Successorem, *Zachariam Schefstium*.*

§. XII. *M. Zacharias Schefstius* patriam habuit *Oppidulum Schwaan* in parte Ducatus *Mecklenburgici*, *Gustrouienis*, vnde et *Cygnus* dici voluit; Patrem *ὀμόνομον M. Zachariam Schefstium*, *Conrectorem Scholae Gustrouienis* ad Annum vsque *MDLXIII.*, et deinceps *Pastorem* in *Schwaan* / Matrem *Margaretam Leitten* / *Gustrouienem*; *Conrector* primum fuit *Scholae Senatoriae Coburgensis*; *Coniugem A. MDCVI. Coburgiduxit Annam Pfisteriam*, *Viduam*; A. *MDCVII.* inter *primos Gymnasii CASIMIRIANI Professores* fuisse legitur, qui nimirum

Fuin d. XXI. Mart. a. e. erant, *Andreas Libavius, Med. D., Gymnasiar-  
cha, Christophorus VValzius, Iur. D. et Professor Institutionum, Ernestus  
Fehmann, D., Regularum Iuris Professor, M. Zacharias Schefter, Physicus et  
Logicus, Vitibasar Berischius, Mathematicus, et Sebaldu Krug, Inspector A-  
lumni, et Theologiae Professor, hisque tunc adiuncti commemorantur, Io.  
Gerhardus, Theol. D. et Superintendens Heldburgicus, qui mensuras Dispu-  
tationes Theologicas habere solebat, et M. Io. Dresserus, Primus Scholae Tri-  
vialis, Paedagogio additus: A. MDCXVI, mense Decembri, Gymnasii  
modo dicti Director constituebatur Schefterus: A. MDCXX. Hambur-  
gum concessit ad capeffendam ibi in Gymnasio et Schola Classica Re-  
ctoris spartam: introductus d. XIII. Jul. a. e., Ethicam in Gymnasio  
Hamburgensi primùm docuit, deinde, post *Jacobi Werenbergii* obitum,  
Logicam et Metaphysicam, digresso autem *Petro Laurenbergio* in Aca-  
demiã Rostochiensẽ, Physicam simul et Mathesin. Obiit *Schef-  
terus* Hamburgi d. V. Mart. A. MDCXXVI. *Dn. Consiliar. Hoenn* in *Hi-  
storiam Coburgicã* p. 85. *Dn. Thomas* in *Analectis Gustrouensibus* P. II. p. 61.  
et *Dn. D. Fabricius* in *Memoriar. Hamburg.* Vol. II. p. 1073 et 1121.*

§. XIII. Disputationes complures *Schefterus* Coburgi scripsit, typis  
curauit imprimi, et Praefes publice defendit: A. 1609, et A. 1610. XX.  
*Exercitationes Logicas*, A. 1611. *Exercitationes Ethicas binas*, alteram de  
*Fortitudine bellicã*, alteram de *Obedientia*, A. 1612. *Problema proposuit E-  
thicum, an Ebrietas sit per se peccatum?* et *Exercitationem Ethicã tertiam,  
de Obedientia*, A. 1616. *Theses de Naturae et Artis in producendis Effec-  
tibus convenientia et differentia*, A. 1617. *Disputationes de studio verae Religi-  
onis in Republica, de Homine in vita civili Bono, et de Notis, quibus summum  
Homine in Vita civili Bonum cognoscitur*, A. 1618. *Exercitationes tres E-  
thicas, nec non Synopsis 8. Librorum Politicorum Aristotelis*, et A. 1619.  
*Affertiones aliquot Aristotelicas de Natura, ut est Causa efficiens Rerum nat-  
uralium, Theses de Nebula, Disputationem de Principatu et Subiectione natu-  
rali, et Theses de Nobilitate Generis civili.* Epistolas autographas, ut ali-  
orum Virorum Clarissimorum ad *VVolfgangum Seberum*, ita *Zachariae  
Schefteri, Bankerus* habebat in Bibliotheca sua, (conf. *N. L. Germ.* A. 1703.  
p. 307.) quam pecunia sua comparatam nunc possidet *Dn. Nicolaus  
Zapff*, SAXO-GOTHANVS Consiliarius Aulicus. De Consilio au-  
tem *Schefteri, Viri caeteroquin laudatissimi solertissimique*, minus prudenti,  
quo in *Tabulis Gymnasii publicis* magnam Gymnasium accepisse dicitur  
calamitatem, tacere praestat, nam  $\epsilon\chi\ \sigma\acute{o}\nu\ \kappa\lambda\acute{\alpha}\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon\sigma\omega\ \epsilon\tau\ \acute{\alpha}\nu\delta\rho\acute{\alpha}\tau\omega\ \epsilon\upsilon\text{-}$   
 $\chi\epsilon\lambda\delta\alpha\sigma\theta\alpha\iota.$

§. XIV. Et *Scheffero Directore*, A. MDCXVII. AVSPICHS CELSIS-  
SIMIS, Coburgi *Intumatio* prodit *Jubilaei*, in *inclyto CASIMIRIANO SA-  
XO COEVRGIACO* die ultimo Octobris, primo et secundo Nouem-  
bris, totaque septimana sequente, celebrandis; quae ipsa, *Scholarcharum*,  
*Directoris*, et *cacterorum Professorum nomine* scripta, quia ex ordine *Dis-  
putationes* tunc habitas collocat, et *Orationes solennes*, easdem heic fum-  
matim cognouisse iuuerit. Et quidem, *Disputationes publicae* quod at-  
tinet, disputarunt, *D. Casparus Finckius*, *Superintendens Generalis*, *Scholar-  
cha* et *Gymnasti Professor primarius*, de Decalogo Romano, Responden-  
te *M. Balbasare Berschbio*, *Coburgensium Mathematico et Ecclesiae Scheu-  
erfeldensis Pastore*, *Poeta Laureato*, *M. Zacharias Scheffler*, *Gymnasti Dire-  
ctor*, de Studio Religionis in Republica, *M. Io. Matibaeus Meyfartus*, *S.  
Theologiae Professor*, de Indulgentiis Romanis, et *M. Andreas Frommannus*,  
*Prof. et Alumnorum Inspector*, de miscellaneis quibusdam quaestionibus,  
a proposito non alienis: *Orationes* autem habebantur, a *D. Finckio*, *Super-  
intendente*, de Vocatione Lutheri; ab *Ecclesiaste Aulico*, *M. Nicolao Hu-  
gone*, de Comparatione inter Eliam Thesbiten et Lutherum, a *D. Ste-  
phano Hoernero*, *Iuris Professore*, de quaestione luridica, Num Consilium  
Hispanorum, qui, capta Witeberga, Lutheri corpus eruendum puta-  
runt, vilo iure defendi possit? a *Directore Scheffero*, de Beneficitiis, quae  
Deus per ILLVSTRISSIMOS SAXONIAE PRINCIPES ab initio Se-  
culi illius vsque ad A. 1617. exhibuerat: a *M. Meyfarto*, de Causis et  
Principiis Reformationis a D. Luthero factae, et a *M. Frommanno* de  
Vita Lutheri: quibus *M. Philippus Eschenbach*, *Prof.*, carmen solenne  
subiunxit ac secularare.

§. XV. Progrediendum esset ad *Hippolytum Hubmeierum*, qui in *Schefferi*  
locum fuit repositus, partesque suscepit *Directoris tertii*; chartae autem angustia  
historiam omnem *Hubmeierianam* non recipit, et animi ad *sanctam sanctissimi  
SALVATORIS Resurrectionis memoriam* nunc omnino sunt reuocandi. Pietatis  
rationem hoc ipso festo die vt praecat *Iuuenis frugi et modestus*, *HEINRICVS  
CHRISTOPHORVS Gernhard*, *VVeidramsдорfensis*, *Studiosus Publicus*, *Oratio-  
ne Latina* pro *Libertatem illam cogitandi*, contra quam tot Scripta lucem ad-  
spexerunt haectenus, explicabit, et *setae simul libere cogitantium in Anglia* cha-  
racterem, afferetque regulas, quibus *nimia libertas circa Res diuinas diuinitus  
nobis reuelatas*, speciatim *circa Doctrinam de Resurrectione IESV CHRISTI*, re-  
stringitur. *Vos, Iuuenes Studiosi, Cines dilectissimi*, eadem *Oratione* pietatis ve-  
stras commouendi, quemque animum ad sanctitatem tanti mysterii deceat ad-  
uertere, qua mente tanti beneficii reuoluenda sit magnitudo, a Vobis ipsi quem-  
admodum debeatis surgere, attente audite Oratorem, et *Memoriae RESVRRE-  
CTIONIS cultum* tribuite diligentissimum. P. P. Coburgi, ipso PASCHATOS  
Festo, A. MDCCXV.

I. N. I.

MEMORiarVM COBVR-  
GENSIVM

TERTIA

f.

MEMORIAE

HIPPOLYTI HVBMEIERI

ET

JO. MATTHÆI MEYFAR-  
TI

ILL. ATHENAEI COBVR-  
GIACI

DIRECTORVM.



ILL. CASIMIRIANI CO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. XVI. De Hippolyto Hubmeiero, tertio ILL. Collegii CASIMIRIANI Directore, in Memoria tertia nos acturos, praediximus nuper, fidemque illam, ubi Scripta adhuc Libauiana et Schefteriana, quae hoc ante tempus non innoeuerant, allata fuerint, praestabimus statim, *Biographiae Libauio-Schefterianae* prorsus expedituri exitum. Nam Libauio etiam Autore prodierunt, A. 1600. *Progymnasmata ad Disputationes Bellarmini de Cultu Imaginum*, A. 1609. *Gymnasmata duo de Teletis et Timis Imaginum*, it. Pars prior et posterior de *Canonica Ecclesiae Romanae Bibliorum Versione*, quam Latinam Antiqui vocant, et Hebraici Graecique S. Scripturae Textus originalis mensuram esse contendunt, A. 1610 *Disp. de Abstractionibus philosophicis et Abstracto Theologico pro declaratione Articuli de persona Christi*, id. de *possibilitate assumptionis et perfectae obseruationis Legis Moralis*, quae Renatis tribuitur pro Operum merito in *Ecclesia Pontificia*, & A. 1616. *Defensio Ecclesiarum Augustanae Confessionis contra impudentissimas calumnias, blasphemias & mendacia M. Ludouici Lucii*: Et Schefterus, qui d. XVI. Jan. A. MDCXVII. a D. Finckio *Super. Gen.* publice Director renuncia-

uit

tus erat, menseque Maio A. MDCXX. *Hamburgum* abierat, typis pariter curavit imprimi, *A. 1614. Theses de Conscientia, A. 1615. Theses de Moderatione in Rebus Iudicis, it. Theses de Intelligentia Principiorum ad VI. Eth. Arist., A. 1617. Theses de communi humani generis societate, A. 1618. Theses de Libertate externa, it. sex Exercitationes de Philosophia morali, & A. 1620. Assertionones ex Philosophia morali uniuersa desumptas.*

§. XVII. *M. Hippolytus Hubmeier, rexius Athenaei CASIMIRIANI Director, Laberanus ortu, Laberae nempe, vico Palatinae superioris, in hanc editus lucem, et Poeta laureatus Caesareus, cum Goettingae Paedagogiarcha fuisset, & Geracae Ruthenae ab A. MDCXI. Rector, utroque autem in loco gubernacula tractasset cum laudatione ornatissima, Coburgum, ut dicitur ILL. CASIMIRIANI SAXONICI Directorem ageret, venit A. MDCXX. introductusque est d. XV. Sept., Coburgo Schalcouiam, Adiunctus ibi & Pastor constitutus, A. MDCXXIII. concessit, Schalcouia Heldburgum ad Superintendentis munus vocabatur A. MDCXXXII. & Heldburgi tandem, quod mortale est & dissolubile, deposuit d. IX. Dec. A. MDCXXXVII. Quae Vitae Hubmeierianae Historia solidior est, verior, & caeteris omnino praeferranda narratiunculis, patriam Hubmeieri aequae, ac Adiuncturam, quam vocant, omitrentibus, mortemque violentam Hubmeieri in irruptione hostili, quae vero iam A. MDCXXXII. Heldburgum afflixerat, comminiscens. Vidd. Zopsii Reussisch-Berauische Stadt- und Land-Chronick C. XIII., Dn. Consil. Hönnii Coburg. Historie L. I. C. XVI., Historiae nostrae Scholasticae P. III. p. 326. 327. In Matricula Gymnasii vti Filii Hubmeieri Directoris leguntur, Hippolytus Hubmeier, Goettingensis Saxo, & Iulius Hubmeier, Geranus Variscus, ita haec de Adventu & Discessu Hubmeieriano extant: A. MDCXX. Schefnero in Directoratu successu M. Hippolytus Hubmeier, Laberanus Palatinus, P. L. Caes., &*

nōcatus huc ab Illustrissimo & Celsissimo Principe ac Domino, DN. IOH. CASIMIRO, Ducē Saxoniae, Juliae, Cl. Mont. etc., Domino suo Clementissimo, e Gymnasio Illustrium DNN. Ruthenorum, quod Gerac: renunciatus publice Director a Dn. Caspare Finckio, S. Theol. D. celeberrimo, Sup. Gen., Pastore, Assessore, ac Prof. spectatissimo, XV. Sept. die Ven. hor. 8. pomerid. A. MDCXX. Item: Anno Domini MDCXXIII. d. XII. Julii Dn. M. Hippolytus Hubmeierus, Poeta Laureatus, Gymnasi Director ac Professor P., in Pastorem & Adiunctum Ecclesiae Schalcouienfis publice more Apostolico ordinatus fuit. Et in Programmate tandem, quod nomine DNN. Scholarcharum Introductioni Hubmeierianae laudatissimus Finckius scripsit, hic laboriosissimi Schefferi Successor, Hubmeierus, commendatione haud vulgari appellatur Vir incomparabilis, ad conservandam disciplinam quassatus, in omni sibi expeditus, ideoque multorum votis expetitus.

§. XVIII. Quod ad Scripta Hubmeieri attinet, praeter Programmata, quae in Actis offendantur, innotuerunt: 1) Oratio parentalis, Petro Piscatori, Theologo Jenensi, A. 1611. dicta, insertaque Memorius Theologorum a Wittenio p. 35. 2) Alae Seculi Religiosae, quibus plerique in hoc mundo auolare et euolare solent, vna Calumniana, altera Papistica, quinque Orationibus expositae et descriptae, Lips. A. 1619. 4., cui Scripto Epigramma praemisum est D. Gerhardi, Theologi Jenensis, hoc concludens Disticho: Vtque breui a nostro nomen titulumque Lyceo Theologi referas, pectore & ore precor, 3) Disputationes XIV., Coburgi habitae in repetitionem Ethicorum Nicomachiorum Aristotelis, 4) Explanatio Librorum Samuelis in Bibliis ERNESTINIS: Vinariensibus, uti notarunt Calouius in Bibl. Jll. p. 13., Tenzel Colloqu. mensr. A. 1693. p. 816., Placcius de Script. Anon. p. 415., Dn. Eyring. in Vita ERNESTI Pii, & aliis; proindeque in Unschuldigen Nachrichten A. 1704. p. 401. extat: M. Hippolytus Hubmeier/ Super. zu Heldburg/ hat nach allge-  
mei-



meinen Bericht über die Bücher Samuelis (in der Weimariſchen Bibel) geſchrieben.

§. XIX. *Hübmeierum*, Directorem tertium, *Io. Matthaeus Meysartus* excipit, *Theologiae Doctor, Coburgi primum Professor, poſt Director, porro in Academia Erfurtenſi Prof. Publicus et Ordinarius, tandemque Paſtor Praedicatorum et venerandi Miniſterii Erfurtenſis Senior.* Vir hic, innumeriſ meritorum notis inſignis et celeberrimus, in vitam introit A. MDXC. d. IX. Nou. in Thuringia Walvinkeliae prope Waltershuſam, vnde et Waltershuſanus ſaepe dictus eſt, Patre Paſtore plurimorum annorum in *Walvinkel* et Haynae ad Neſſam, *Michaele Meysarto*, Matre *Catharina*, *Io. Fidleri*, Senatoris Jenenſis, Filia. Gothae in Gymnaſio celebri literis operatus, Jenae et Wittebergae ſtudioſorum ſublimiorum curam habuit, et Magiſter cum creatus fuiſſet A. MDCXI. Theologiae quoque meditari coepit ſtigmium, Collegia aperuit panſophica aequae, ac Theologica. Coburgum exeunte A. MDCXVI. venit rite inuitatus, vt ſpartam exornaret Profeſſoris, Graecaque Is docuit et Latina, uſum Logicae practicum, nec non Theologiam Didacticam et Elencticam; d. VIII. Aug. A. MDCXXIII. a Superintendente Generali, *D. Finckio*, Director renunciabatur publice: et quia ita placebat Superioribus, Jenam profeſtus eſt, ibidemque vt Praeſide *D. Io. Maiore* Diſputationem d. XXVI. Aug. MDCXXIV. propoſuit pro Licentia Inauguralem, *de nobilioribus circa Doctrinam de Peccato et Locos alios ex Theologia huc ſpectantes Controuerſis Orthodoxorum um Pontificiis*, ita d. XIV. Dec. A. e. ſupremo Doſtoratus Academici honore et nomine ornatus eſt et affectus. Tandem, cum *GVSTAVVS ADOLPHVS*, Rex Suecorum, Erfurtum occuparet, et Anno nominatim MDCXXXII. Erfurtum obiit *Meysartus*, Profeſſor Theologiae Ordinarius d. XVII. Apr. conſtitutus, triennio poſt Paſtor ſimul ſiebat in Praedicatorum Aede,

C 3

et

et Ministerii Senior, nec sine sumtu magno, ut est in *Matricula*, Coburgo abductus fuit a Commissario Erfurtenſi, comitantibus illi multis Viris amplissimis et gravissimis, totoque Coeeto Gymnastico et Choro Musico ad quadrantem milliaris. Temporibus istis difficillimis placide dolores tulit, suaque mitigavit patientia, nam est patientia rerum arduarum ac difficilium voluntaria et diuturna perpeſſio. Pie exspiravit d. XXVI. Jan. A. MDCXLII., vita protracta ad annos LII., menses II., dies XVII., et tumularus est inſequenti feſto purificationis Mariae. Cenfentur in Vitam hanc *Meysartinam*, enodatus variis ex monumentis exhibitam, *Wittenii Memoriae Theol. Dec. VII. p. 1007.* *Eiusd. Diar. Biograph. ad A. 1642., Hundorpb. Eucom. Erfur. C. 4. a., Dn. Olearii Syntagma Rer. Thuring. contin. pp. 25. et 26. et Dieſcherſchaz P. IV. p. 97., ut et Dn. Vhsſei Leben der berühmteſten Kirchen-Lehrer und Scribenten des XVII. Seculi p. 801.*

§. XX. Et Scriptorum, quae *Meysarto* Autore prodierunt, quia a *Wittenio* adornatus est Catalogus, illa nunc etiam, sed ſecundum annos, quibus impreſſa innotuerunt, et forma notatione, comparent merito. Publicam enim apexerunt lucem

A. 1626. *Prodromus Elucidarii Theologici, ſ. Diſtinctionum Theolog. p. 1. et II. Coburgi 4. it. Diſtinctiones Theologicae, ex omnibus prope Theologis Auguſtanae Confeſſionis ſelectae, Cob. 4. et Struvini A. 1653. 4.*

A. 1621. *Arx Sionis, ex immotis Scripturae fundamentis exſtructa, et venerandae Antiquitatis aſſenſu propugnata, ſive Locorum Theologicorum ſuccincta Enarratio, Jenae ſol.*

A. 1622. *Graverus continuatus, ſ. Diſſp. Anti-Jeſuiticarum Pars II. Jen. 8. It. Suſcitabulum Clericorum, proponens Abſurda Abſurdorum abſurdiſſima, Cob. 4.*

A. 1623. *Meletemata Theologica, ſive Illuſtrium Quaestionum Pars prima, in qua inſigniores Controverſiae, de Reſurrectione mortuorum,*

uorum, Fine Mundi, et Extremo Judicio occurrentes, disputantur, Cob. 8. et Stetini A. 1653. 8.

A. 1626. *Tuba nonissima*, d. i. Von den vier letzten Dingen des Menschen vier unterschiedliche Predigten / gehalten zu Coburg bey gegebner Gelegenheit / Cob. 4. 1r. *Tuba poenitentiae*, ib. 4. 1r. *Oratio de Causis, cur Ordo Literarius (quantum Discipulis attinet) hodie magna apud plebem laboret inuidia, et contemptu pene succumbat*, Lips. 4.

A. 1627. *Aspi-Becanus*, Tomi II. Lips. 8. 1r. *Mellicium Oratorium, in quo Eloquentiae flores e variis Oratorum viridariis defraet, et suas in arcolas sunt digesti*, Tomi II. Lips. 8. et ib. A. 1633. A. 1653. A. 1661. et A. 1669.

† In hoc apparando amicam adhibuit operam Collegae, Melchioris Steinbrückii, ita tamen, ut palmariam sibi reseruaret diligentiam, alterumque eius Tomum solus concinnaret.

A. 1628. *Compendium Geographicum*, Cob. 12. 1r. *Dissertatio de Pace inter Ecclesias per Germaniam Evangelicas concilianda*, Cob. 4. et Schleusingae A. 1656. necnon Erfurti A. 1641. 1r. *Tr. de Resurrectione mortuorum*, Cob. 8. 1r. *Nodus Gordius Sophistarum solutus*, Gedani A. 1653.

A. 1629. *Höllisches Sodoma in 2. Büchern* / Cob. 8. et Nürnberg. A. 1640. et A. 1671.

A. 1630. *Himmliches Jerusalem in 2. Büchern* / Nürnberg. 8. ib. A. 1647. et A. 1654.

A. 1631. *Ephemerides Gymnaeicae*, Norib. 12.

A. 1632. *Jüngstes Gericht* / Nürnberg. 8. ib. A. 1637. et A. 1652.

A. 1634. *Teutsche Rede-Kunst* / Cob. 8. et Franckf. A. 1654. 12. 1r. *Bildniß eines wahren Studenten der Heil. Schrift* / genommen aus dem Propb. Daniel / Erf. 4. 1r. *Gedenck-Predigt über den König in Schweden / Gustavum Adolphum*, Erf. 4.

A. 1636.

A. 1636. *Christliche Erinnerung wider die Hexerey/ Schlenking. 4. 12. Christliche Erinnerung von der aus den hohen Schulen in Teutschland an manchem Ort entwickelten Ordnungen und erbaren Sitten / und hingegen eingeschlichner Barbarey/ Schlenk. 4. et A. 1641. 4.*

A. 1645. *Wohlgegründeter Bericht von der Prediger und Schul-Diener Besoldung/ Jen. 8. Liber posthumus, a Vidua, Anna Catharina, publicatus.*

§. XXI. *Qui vero Catalogus quia Meletemata Meyfartiana haud pauca omittit, nec Ἐπιωνμύοντα caetera, in Memoriis omnino enarranda, statuit ante oculos, & supplemento Libros recentissimos explebimus posthac, & alia huiusmodi, ad memoriam posteritatis spectantia, designabimus, illustrabimus; nunc enim Oratio intimanda est, quam de vetusto Hilaritatis pentecostalis emblemate, & quo ipsa Dei Tempa in sacra Pentecoste conspiciuntur exornata, de Betula Pentecostali, hodie post Sacra recitabit Iuuenis lechissimus & ornatissimus, Studiosus Publicus, GEORGIVS HENRICVS Bernhöfer/Rodabensis, amplam nimirum occasionem nactus ex recentissimo Decreto REGIO-ELECTORALI SAXONICO, quo iustis de causis, et quia peccant, qui, quod est satis, non sentiunt, verus Betularum etiam pentecostalium et pristinus Templorum mos immutatus est et abrogatus. Vos, Iuvenes Studiosi, ita de Betula pentecostali dicturum audite, vt, piis Eiusdem excitati monitis, et Betula in Templis nostris frondente adbuccum, Ritum ad pietatem adhibeatis, et immortalis DEVS, eiusque aeterna stirps, surculus ex caudice Isaei, cum requiescente in se Spiritu, animos ornet vestros et corpora, quippe quae adeo sancta et ornata esse debent, vt noster Is sit Deus, et Ipsi EI simus Populus, 2. Cor. VI. 16. P. P. Festo Pentec. A. MDCCXV.*

COBURGI, Aere Mauricii Hagenii, Typogr. Ducal.

I. N. I.

MEMORIARVM CO-  
BURGENSIVM  
QVARTA

f.

MEMORIA CONTINVA-  
TA

IO. MATTHAEI MEY-  
FARTI

ILL. ATHENAEI CO-  
BURGIACI

DIRECTORIS QVARTI.

MEMORIA CONTINVA

TA

IO. MATTHEI MET

FARTI

ILL. ATHENAEI CO

BURGACI

DIRECTORIS QVARTI

MEMORIA CONTINVA

TA

IO. MATTHEI MET

FARTI

ILL. ATHENAEI CO

BURGACI

DIRECTORIS QVARTI

ILL. CASIMIRIANI CO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. XXII. Fidem etiam, Festo huius anni pentecostali da-  
tam, Libros *Doctōris Io. Matthaei Meyfarti, Directoris ILL. CA-  
SIMIRIANI quarti*, eosdemque a *Wittenio* ommissos, & *Ἐπισημοῦ  
θεωρα*, in Memoriis enarranda, indicatum iri, praestamus; libenter  
& celeriter ad rem nunc aggredientes ipsam & enumerationem  
residuam, Scriptaque *Meyfartina* caetera, sub vnum, reminiscen-  
di causa, subiicientes aspectum.

§. XXIII. Addi enim debent Lucubrationibus *Meyfarti* tunc  
allatis, ipsoque *Autore Cobur. i. & Erfurti* prodierunt: A. 1617.  
*Dispp. de Bonis Operibus, de Justificatione hominis peccatoris coram  
Deo, nec non de Exactionibus Aegyptiacis, s. Indulgentiis Romanis  
ab Antichristo impudentissime imperatis, ad serias Iubilaei, A.  
1618. Dispp. de Scriptura Sacra, de Vita aeterna, de iustificantiis fi-  
dei natura, de Fine Mundi, s. Consummatione Seculi, & de Extremo  
Iudicio, A. 1619. Dispp. tres Distinctionum Theologicarum, ex  
Doctōribus, qui post exhibitam A. C. floruerunt, Dispp. de Inferno seu  
Damnatione Impiorum, nec non sex Dispp. adversus M. Ludovicum*

Lucium, *Organi Aristotelici apud Basileenses Professorem*, quibus ostenditur, *Lutheranae Ecclesiae Doctores ab Adversariis iniuste accusari desertionis A. C., quodque Libanius hanc accusationem rectissime a se & Gymnasio Casimiriano depulerit*, A. 1620, *Disp. VII. VIII. IX. X. aduersus eundem Lucium*, A. 1621, *Disp. nova aduersus Lucium, & alia de Euangelio*, A. 1622, *Disp. de Magistratu*, A. 1625, *Ratio soluendi & Argumenta Sophistica*, Cob. 8., A. 1626, *Disp. II. de Inuocatione Sanctorum, opposita Martini Becani sophisticationibus*, A. 1627, *Disp. de Saluatoris nostri Ecclesia*, A. 1630, *Disp. de Jubilaeo Pontificio, vt & Oratio memoriae D. Jo. Georgio Schubarto habita*, A. 1631, *Christl. Hochzeit-Predigt / als den II. Jan. Hr. D. Andreas Kessler / Pf. und Superint. zu Eissfeld / Bräutigam / mit Jgfr. Hedwig Catharinen Stumpfin / daselbst eingesegnet wurde / Cob. 4.* A. 1632, *Disp. de vera & legitima vocatione Pastorum A. C. addictorum*, A. 1633, *Disp. duae de Disciplina Ecclesiastica, vt & Bildniß eines wahren Studenten der H. Schrift / genommen aus dem ehrlichen Leben des Propheten Daniels auf der Königl. Academie zu Babylon / bey der löbl. und erneurten Unversität zu Erfurt erkläret / als die Theologische Facultät daselbst nach uhralten Gebrauch das Jahr-Fest ihres Ordens am 30. Sept. A. 1633. begieng / Erf. 4.* A. 1636, *Dissertatio Academica de concilianda pace inter Ecclesias per Germaniam Evangelicas, Schluß. 4., nec non Disp. de Ministerio Ecclesiastico, & A. 1637. Disp. in quaest. XV. Theologicae, & de aeterno divinae praedestinationis ad salutem Decreto.* Annotationes etiam *Meyfarti in Compendium Hutteri Theologicum manu scriptae in Bibliotheca, quae ex Legato DIVI ALBERTI, DVC. SAX., Gymnastica Coburgensis est, asseruanrur, & Programmatum tandem, quae Meyfartus Director Orationibus Ciuium, publi-*



blisce & frequentissime habitis, manu scripsit sua, scripta autem in *Actis* reliquit *Gymnasticis*, tanta est multitudo, ut numerus vixiniri possit.

§. XXIV. Vtrum *Meyfartus* in Bibliis quoque ERNESTINIS elaborauerit, qui Interpretes perquirunt, solent dispicere, ratioque, quod segregata fuerit exegesis *Meyfartina*, adeo non videtur idonea, ut plane & perspicue scripsisse merito perhibeatur *Meyfartus*, & magna ingenii sui acie in Hebraeae linguae penetrasse indolem; extat tamen in *Unschuldigen Nachrichten* ad Annum adhuc 1714. p. 554. Hr. D. *Meyfart* hatte die Proverbia erklärt / wurden aber aus sonderbar Ursachen ganz hindangesezt / & in Interpretum illorum Recensione *Eyringio-Vockerodiana*: D. Salomo Glasius, cum *Proverbiorum suscepta a D. Meyfarto enarratio, sublimiore stylo scripta, minus Instituto accommodata videretur, nouam adornauit explanationem.* Dn. *Vockerodi* in *Introd. in Notit. Societ. p. 80.* In numero autem *Hymnopoetorum Coburgensium*, uti, cum de *Hymnis & Hymnopoeis Coburgensibus* institueretur Commentatio, recte posuimus *Meyfartum*, quippe qui hymnum, *Jerusalem / du hochgebaute Stadt* &c. & elaborauit, & in *Cantionali* a nonnullis immutatum sub finem patheticarum suarum de *quatuor Nouissimis Concionum* restituit: ita *Eidem* Hymnum itidem tribui Auctori, *D grosser Gott von Mache*, nunc addimus & annotamus, *Conf. Dn. Olear. P. IV. des Lieder Schatzes pp. 96. 97.*

§. XXV. Redit heic in memoriam supra data Descriptio *Jubilaei*, anno post mille, sexcentos, decimo septimo, *Gymnastico* etiam sermone & laetitia celebrati, cum nimirum a saluberrima Reformatione, per *Lutherum* suscepta, integrum praeterlapsum fuisset Seculum; alterumque, in recordationem exhibitae *Augustanae Confessionis secularem*, quia actum est Anno post mille, sex-

sexcentos, trigesimo, & Directore Meyfarto, ex Programmata a Scholaribus, Directore, & Professoribus, aliquanto ante, die XX. Jun., publicato, tabulae affixo Gymnasticae, typisque exscripta, designationem, quae in ILL. CASIMIRIANO tunc obseruata est, personarum & temporum sicutidem dedisse iuuerit. Die XXV. Junii, a. e. Ecclesia suum incepit Iubilaeum, continuatoque hoc per triduum integrum, ILLVSTRISSIMUM CASIMIRIANVM suum tam disputando tam perorando fecit officium; hebdomade nominatim, quae Iubilaeum excepit, & die XXVIII. Junii de Jubilaeo Pontificio disputavit D. Io. Matthaicus Meyfartus, Director: die 1. Julii, breuem considerationem Scripti, quod Iesuita, Laurentius Forerus, contra Pupillae Evangelicae defensionem ediderat, ad disputandum proposuit Andreas Keslerus, S. Theol. D. & Superintendens Eitsfeldensis, vicariam Praesuli Coburgensi, D. Finckio, impendens operam, respondente quidem horis pomeridianis M. Martino Seelmanno, Pastore Lauterano, & horis pomeridianis M. Iohanne Beiero, Diacono Neostadiensis: die Junii ultimo post matutinas in Templo preces Augustanam Confessionem contra Aduersariorum machinas Oratione Jubilaea afferuit Iosua Maius, Juris Doctor, Scabinatus Assessor, Curiae Prouincialis Aduocatus, & CASIMIRIANI Professor, & pomeridiana hora prima Lutherum a sarcasinis Iesuitarum & Aristarchis Criticis oratione sua liberavit, eiusdemque Versionem Biblicam immotis vindicauit argumentis Philippus Gualtherus Seidenbecher, Ecclesiae Diaconus & Gymnasii Professor: d. II. Julii Orationem in Nullitatem Bullarum Papalium habuit M. Michael Ludouici, Oratoriae Professor & Alumnorum Inspector: d. III. Jul., qui Natalis etiam erat Gymnasii, Iohannes Spindlerus, Professor Logices & Conuictorii Inspector, diuinum factum, quo Principes & Senatores Imperatori CAROLO V. orthodoxam Confessionem exhibuerant, ex Ihuano laudauit: d. IX. Jul., qui simul IOHANNI ERNESTO, DVCI SAX.

*SAX.* erat natalitius, Lutherus fuisse verum Ecclesiae Doctorem & Pastorem, sermone suo solenni demonstravit M. Andreas Frommann/Philosophiae moralis Professor & Paedagogiarcha: die autem insequente VIII. Septembr., e toties dicti Collegii CASIMIRIANI cathedra, Iubilaei SAXO-COBVRGIACI Descriptionem Historico-Poeticam publice declamavit M. Philippus Eschenbach/Coburgensis, & in patria Diaconus, quae, typis exscripta statim publicis, omnem Iubilaei huius apud Coburgenses, & ipso in Gymnasio, celebrati memoriam versu Heroico exhibet, lectu sane dignissima.

§. XXVI. Ita, quae in Tabulis Matriculae publicis inscripta deprehenduntur & notata, descripsisse iuuerit & notasse, ad hanc CASIMIRIANI historiam pertinentia omnino, & laudes Directionis Meyfartinae: A. 1624. Numerus Professorum ad suam peruenit  $\alpha\iota\upsilon\mu\eta$ , quandoquidem undecim simul ac semel docuerunt. Numerus Studioforum & Paedagogicorum fuit florentissimus, & testibus Catalogis, non raro Ciues centum quinquaginta reconstiti. Habuit hoc tempore Gymnasium Iuuenes eruditissimos, elegantissimos, disertissimos, exercitatisissimos, in ipsis Academicis laudatissimos. In Theologia enarrati fuerunt Loci Theologici, cum Libello Paulino. In Jurisprudentia Institutiones, Gradus Consanguinitatis, Rubricae Titulorum, & alia. In Medicina, Anatomica, cui accesserunt Exercitia botanica. In Philosophia, Physica, Metaphysica, Physica, Geometria, Astronomia, Geographia, Arithmetica, Ethica, Politica, Oeconomica. In Artibus Instrumentalibus, Logica, Oratoria, Poetica, & quae singulis inseruit, Historia. In Linguis, Hebraea, Graeca, Arabica aliquando. Disputatum fuit in Theologicis, Juridicis, Philosophicis. Declamatum Hebraice, Graece, Latine, utroque stilo soluto & ligato. Instituti etiam non raro fuerunt Oratorii Aetius, solennes, & in habitu.

§. XXVII.

§. XXVII. Et erat animus, viros percensere eruditos, Ecclesiae & Reipublicae fructuosissimos, qui a Meyfarti Professoris & Directoris ore pependunt, & in quorum mirabili copia comparent, Ernestus Ludouicus Aemann, Jo. Georgius Bechtadt/ Georgius Crauserus, Jo. Ernestus Jomann/ Jo. Andreas Gerhardus, Abrahamus Gießbach/ Laurentius Hasfurter/ Jo. Henricus Hagelgans/ Jo. Christophorus Rohlhans/ Michael Ludouici, Christophorus Notnagelius, Jo. Rebhan, Wolfgangus Rostäuscher/ Wilhelmus Schröter/ Jo. Christophorus Seld/ Jo. Josua Thilo &c. at enim in chartae & temporis angustias nunc adducti, seriem alibi, & peculiari opera, detexemus: ad haec dignitatis Meyfartinae ornamenta addentes solum, amoris Meyfarti in Auditores CASIMIRIANOS, Erfurtum quoque translati, specimen & exempla in Oratione Verpoortenniana aliquoties citata legi, & de Meyfarto prolixius expositurum Virum Iuris, & litterarum, & antiquitatis bene peritum, Jo. Matthaeum Tunsckrum, Consulem Waltersbusanum, genere, quod maternum Ipsi est, natum Meyfartino.

§. XXVIII. Haecque omnia quia praemittuntur Orationi sacrae, memoriali, & nummariae, quam in memoriam Natiuitatis Iesu Christi per Nummos conseruatam hodie pronuntiabit Studiosus Publicus, FRIDERICVS CRISTOPHORVS Layritz, Wonsidelia-Variscus, Inuenis ingenii haud vulgaris, industriae continuae, & bonorum proinde profectuum, vos, Ciues Studiosi, exercitationem dicendi, Meyfartino iam aevo frequentissimam, pronis accipite auribus, & diei simul, quo nullum nobis sanctiorem feliciorumque credamus illuxisse, nobiscum celebrate memoriam. P. P. festo Natalitiorum Christi die, Anno aerae Christianae MDCCCXV.

Coburgi, exscripsit Mauricius Hagen, Typogr. Ducal.

ILL. CASIMIRIANICO

BURGIACI

I. N. J.

MEMORiarVM CO-  
BURGensIVM

QVINTA

f.

MEMORIA

ANDREAE FROMMAN-  
NI,

ILL. ATHENAEI CO-  
BURGIACI

DIRECTORIS QVINTI.



ILL. CASIMIRIANICO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. XXIX. In locum *Jo. Matthaei Meyfarti*, qui, uti extat in *Memoria quarta*, Coburgo Erfurtum, ex *Franconia* in vicinam *Thuringiam*, huiusque Urbem maximam, ex Gymnasio *Iffaco* Illustrissimo in Academiam *Hieranam* perantiquam, digressus erat, *Director* repositus est Vir magna multorum meritorum laude celebratus, *ANDREAS FROMMANNVS*, de cuius *Vita & Scriptis*, ex *Concione & Programmate funebri*, *Memoriis*que aliis, sermonem exposuerunt *Dn. G. Paulus Hoern* in *Historia Coburgensi*, *Paulus Freberus*, *Pauli Filius*, in *Theatro Virorum eruditione clarorum*, *Henning Witte* in *Diario Biographico*, *Martinus Lipenius* in *Bibliotheca Reali Philosophica*, & quod cum praefatione & opera obstetricia *Dn. Jo. Burchardi Menkenii*, *Historiographi Regii & Professoris Lipsiensis*, sumtu autem nuper extincti *Bibliopolae nominatissimi*, *Jo. Friderici Gleditschii*, prodiit, *Compendiosus Gelehrten-Lexicon*: nosque de eodem hoc *Directore* acturi plenius, *Vitam* trademus, *Liberos & Postereros* nobiles & praeclaros, *Scripta*, quae

quae typis impressa innotuerunt, & *Ἐπιτομὴν ἑτέραν αἰσέτερν*, more videlicet nostro & recte retinendo.

§. XXX. Et introiit in hanc vitam *Frommannus* Coburgi A. M. DXCI. XI. August., Parentibus natus honestissimis, *Christophoro Frommann / Cive, ac Illustrissimae huius loci Cancellariae per annos bene multos Ministro (Fürstl. Sächs. Cangel. Bedienten) & Agatha, Filia Martini Schoberis / Chirurghi Graesenthalii, Vrbe ad fines syluae Thuringicae, inter Saalfeldam & Coburgum ad Zopram sita, quae anno superiore Jenae erudita Dissertatione Struuii. Wachteliana Historica, Prodromum exhibentem Historiae Graesenthalensis, descripta est. Pieratis & Linguae Latinae in Schola Senatoria patria imbutus fundamentis, A. MDCVII. in Illustris Gymnasii nostratis Paedagogium, posteaque Publicum, translatus est. A. MDCXII. ad celeberrimam Salanam, stipendio donatus DVCALI, se contulit, rantosque in Philosophia & Theologia sacra fecit progressus, vt A. MDCXV. d. VII. Febr. Magisteriali lauru ibi potuerit condecorari. Anno proxime sequente, *D. Andrea Libauio, Medico illo & Chymico incomparabili, & primo Gymnasii CASIMIRIANI Directore, denato, M. Jo. Geilsfusso in Professione Logices & Inspectoris Alumnorum munere successit & introductus est, & cum d. XVII. Dec. A. MDCXVI. vna cum Meyfarto, nouo itidem Professore, sacramentum dixisset, cultum etiam & honorem nouo tunc Directori, Scheffero, spondisset, d. III. Febr. A. MDCXVII. Logicam publice coepit docere, Professor factus tertius. A. MDCXX. d. XXIII. Mai. nuptiis sibi iunxit lectissimam Virginem, *Annam, Nicolai Rebhans / Theologi, Ecclesiae Isenacensis Pastoris, & Ducatus Superintendentis Generalis grauissimi, Filiam natu maximam, ex qua suscepit liberos quinque, infra enumerandos. A. MDCXXII., in ista temporis atrocitate, & Salarii annui nactus est accessionem, & Paedagogiarum simul constitui me-***

fuit, d. XII. Augusti introductus ab *Hubmeiro*, *Directore*. A. MDCCXXXIII., post discessum *Meyarti* supra memorati, a *Serenissimo Principe*, DN. JO. ERNESTO, DVCE SAXONIAE e. r. surrogatus est & constitutus *Director*; introductusque d. XXVII. Sept. a *Praefule*, D. *Nicolao Hagoze*, perspicue docuit, accurate disputavit, eleganter saepe perora vit, & clauum nauiculae Gymnasticae summo cum emolumento Auditorum vsque ad supremum diem, d. XXVI. Mart. A. MDCLXVI. tenuit: absoluitque adeo in vitae suae periodo annos LXXIII. cum mensibus septem, dieque vno, & praeter Theologiam, Philosophiam bonasque literas ultra dimidium seculi est professus. Concio funebris habita est in Templo mauritano a *Jo. Hofmanno*, *Archi-Diacono* & *venereabilis Ministerii Seniore*, ex 2. Tim. IV. 7. 8. Parentationem in eadem Aede vernaculam dixit *Wolfgang Hamibal Cremer*, *Programma* autem funebre scriptum affigi, & cum Concione deinceps typis imprimi curarunt Illustrissimi toties dicti Athenaei *Professores*.

§. XXXI. Addendum vero his est, & antequam longius progrediamur, notandum, in *Matriculam* de hac sui immisione in munus *Directoris* ipsum haec inferuisse & interposuisse *Frommannum*: *Succesit in Directoratu M. Andreas Frommann* / *Co. burgo-Francus*, *Logices* & *Oratoriae* antehac per septennium minus trimestri spatio *Professor Publicus* & *Alumnorum Inspector*, & per decennium integrum *Philosophiae moralis P. P.* & *Paedagogiarcha*, simulque *Matheos Professor*, qui ab Antecessore suo, Dn. *Meyarto*, qui ante dimissionem in consilium adhibitus de Successore & futura *Gymnasi* constitutione, nominatus, a *Gravissimis Dn. Scholarchis* approbatus, *Illustrissimo Principi* ante obitum ab *Amplissimis Dominis* *Consiliariis* commendatus, post obitum *Principis IO. CASIMIRI* a *Fratre Illustrissimo*, IO, ERNESTO, confirmatus, ab admodum

Re-



Reuerendo & Clarissimo Dn. Nicolao Hugone, S. S. Theol. D., Pastore & Superintendente Generali, Consistorii Assessore, Scholarcha, & Professore Publico, Director publice renunciatus & introductus 27. Sept. A. 1633. Notandum est, publicam illam *Frommannianae* nouae dignitatis declarationem, quam *Renunciationem* appellamus, & *Introductionem*, a se suscipiendam, peculiari typis exscripto programme, suo & reliquorum Dn. Scholarcharum nomine, intinasse ante nominatum Dn. Nicolaum Hugonem, Dominica quidem XIV. post Trinitatis Festum, cum iam inde a Calendis Iulii munus Directoris obiisset *Frommannus*, & ob interuentum beatissimae mortis SERENISSIMI Athenaei Conditoris in Septembrem vsque dilatus fuisset Actus. Notari tandem meretur & enotari Elogium, in programme funebri *Frommanni* tributum, quo is dictus est Theologus conscientiosissimus & Philosophus acutissimus. Et, quam *Petrus Aubry* exculpsit, Icon hanc subtus habet Inscriptionem, a Filio, Jo. & Andrea, Antecessore *Tubingensi*, A. 1663. & Parenti ad huc superstiti contextam, enotandamque pariter:

Qui non illum animi constantem huc vsque vigorem,

Tu nec in officio constans studiumque fidemque

Inque Tuos Patris affectum minuere, tot anni

Ne vires tandem detriti incescere fractas

Corporis (accatis vitium lugubre fenilis)

Posint, ille precor, cui praeter feruida vota,

(nec locus ista vetat) grata pietate Parentem

Vt colerem, obsequii nulla argumenta supersunt.

§. XXXII. Ad Progeniem & Familiam *Frommannianam* quod attinet; non necessitudinem solum per *Annam* Coniugem cum *Rebhanis* coniunxit celebratissimis, (nam genuit Socer *Frommanni*, *Nicolaus Rebhan*, Superintendens Generalis *Isenacensis*,

mortuus A. 1626., etiam D. Johannem Reblanum, magni nominis  
 Jureconsultum & Professorem Argentoratensem, M. Casparum,  
 Isenaci Patris Nicolai in munere Superintendentis Successorem,  
 mortuum A. 1683., M. Io. Nicolaum, Ecclesiae Eislefeldensis Pasto-  
 rem & Vicarium, mortuum A. 1664., & M. Io. Christophorum, Ec-  
 clesiae Wilhelmitanae Argentoratensis Pastorem & Collegii Stephe-  
 naci Canonicum) sed & ipse prosapia condidit amplissimam, &  
 liberos progeniuit prole sua felices itidem, famamque pridem col-  
 lectam in Franconia nostra & ipsa Sueuia conseruantes adhuc dum.  
 Erant enim, quod allatum iri supra diximus, Fromman-  
 no ex Anna Rebbania quinque Liberi geniti, & Patri defuncto  
 viui supererant, Jo. Philippus, Archigrammateus Onoldinus, mor-  
 tuus A. 1689., Jo. Christianus, Medicinae Doctor, Archiater Saxo-  
 Coburgiicus, Medicus item Aulicus & Prouincialis, & Physices in  
 Gymnasio patrio Professor, mortuus A. 1693., Johannes & Andreas,  
 Juris Doctor, & Professor Tubingensis, mortuus A. 1690., Anna  
 Barbara, Coniux Georgii Gickii, qui sub Chiliarcha de Ramsdorf  
 Locumtenens SAXONICA fecit stipendia, & M. Jo. Fridericus, Eccle-  
 siae in Rodach Pastor & Adiunctus, iam pridem mortuus, quos  
 ipsos recensentibus nobis quia opportunissime Prosapia  
 Frommanniana Sueuica innotescit, & ipse Jure Consultus, Io.  
 Andreas Frommannus, non comparens in Lexico illo Eruditorum  
 Lipsiensis, de Hoc Autore Generis Sueuici, & ex Eodem ortis genitis-  
 que, dicemus primum.

§. XXXIII. Et natus fuit D. Io. Andreas Frommannus Cobur-  
 gi d. 2. Sept. A. 1626., patre saepe multumque dicto, Andre-  
 a Frommanno, Directore, Academiis adiit Altdorfinam, Argento-  
 ratensem, Tubingensem, & Heidelbergensem, Ephorus factus est DNN.  
 de Cronack, & deinceps Informator Secretarius Comesque SERE-  
 NISS. PP., CHRISTIANI & JO. CAROLI, Fratrum & Comitum  
 Pala-

*palatinorum Rheni, Lineae Birckenfeldensis, A. 1659. Argentorati Doctor Juris renunciabatur, habita aliquanto ante Disputatione de Iure Furiosorum singulari Inaugurali, & A. 1660. Professor Iuris Tubingam vocatus est, mortuusque multa illustris laude d. 7. Febr. A. 1690. Habuit inde a d. 27. Aug. A. 1660. in matrimonio Annam Tabitham, Filiam natu maximam Jo. Vlrici pregizeri, S. Theol. Lic. & Professoris Tubingae Moralium, cum qua novem genuit Liberos, Filios sex, & tres Filias.*

*Filii sunt,*

- I. *Jo. Christianus, Iuris Licentiatus, & WVRTENB. Consiliarius Expeditionum, (Expeditions-Rath) Maritus (1) Annae Louysae, Filiae Tobiae Helleri, Consiliarii itidem Expeditionum DVCALIVM, ex qua suscepit Christianum Fridericum, LL. Studiosum, (2) - - - Matris Filiarum trium, & ex his duarum adhuc superstium,*
- II. *Jo. Vlricus, S. Theol. D. & eiusdem prof. Tubingae extraordinarius, nec non Ecclesiastes ad D. Georgii vespertinus, natus A. 1669. d. 28. Nov. & m. d. 21. Nov. A. 1715. Maritus Iustinae Dorotheae, Filiae Jo. Isaaci Andleri, Quaestoris Bebenhusani, a d. 24. Mai. A. 1698., & Parens Jo. Andreae, Jo. Vlrici, Reginae Tabithae, Iustinae Dorotheae, & Mariae Barbarae,*
- III. *Jo. Andreas, Iuris Licentiatus, & Professor eiusdem antebac Tubingae, nunc Consiliarius Status intimus in Aula WVRTENB. Stutgardiae. Qui Coniugem habet Annam Ludonicam - - -*
- IV. *Fridericus Wilhelmus, V. Georgius Fridericus, & VI. Johannnes, e quibus ille moriendo mox excepit Patrem, binum hi Patris anteverterunt fata,*

*Filiae autem sunt:*

- I. *Anna Tabitha*, mortua A. 1689., quae Coniugi, *D. Iacobo Schroedero*, *Consiliario WVRTENB. superiori (Ober-Kath)* Filiolum peperit *Johannem Jacobum*, quocum vero *Ipsa* extincta est Puerpera.
- II. *Maria Barbara*, Coniux *D. Michaelis Grassii*, *prof. Jur. Ordinarii Tubingae*, & *Mater Filiorum quatuor (Eberhardi Andreae*, iam mortui, *Michaelis Friderici*, nati A. 1693. & *Legum Studiosi, Jo. Andreae*, & *Christophori Vlrici)* & *sex Filiarum, Iustinae Tabithae, Mariae Barbarae, Hedvigae Elisabethae, Hedvigae Iustinae, Iustinae Sophiae* mortuae, & *Tabithae Barbarae*. Et ex his, *Iustina Tabitha*, nata d. 7. mart. A. 1690., Coniux *D. Jacobi Davidis Moellingii*, *prof. Jur. Tubingae Ordin.*, peperit *Jacobum Fridericum, Michaellem Andream*, & *Christianum Ludovicum*, & *Filias, Iustinam Barbaram* & *benedictam: Maria Barbara* autem, *Filia D. Grassii altera*, nata A. 1696., Coniux est *Io. Rudolphi Osiandri, Tubingae Professoris LL. OO. Ordinarii*.

§. XXXIV, Plura de *Frommanno Direttore, Libris huius & Neponibus*, *profapiaque spectabili*, quo minus afferamus, chartae impedit angustia, afferemus autem, *ἐάν ὁ κύριος θελήσῃ καὶ ἐξωσῇ*, alio tempore, & *Scripta* simul exhibebimus *Andreae Frommanni* in peculiari indice, nec non *Ἀξιωμακόνεισι*, quae ipso *Directore* euenerunt, *Coburgensis*. Nunc, & in *causis programmatibus huius*, Oratio adhuc indicitur *Paschalis*, a *IOHANNE THOMA SCHMIDT* *Iudenbacensi, Studio Publico & bono Iuvene*, habenda, qua *Is*, *Solis Academici Regiam* propedem aditurus, *τῶ κατὰ δαλέουσι*, *magnam Diaboli in corpora hominum potentiam* eloquitur, & *valere* iubebit omnes & singulos; *VO* Sque, *Cives dilectissimi*, *vt hoc ultimo officii acti pietatem spiraturum Communionem* audiatis, & *Vitoriam* cumprimis *Christi de Diabolo*, *Christus* enim forti armato fortior est, *pie* hoc paschalitempore expendatis, *magnopere* hortamur. P. P. *Coburgi* sub Sigillo *Fer. I. Pasch. A. MDCCXVI.*

*Coburgi*, exscripsit *Mauricius Hagen*, Typogr. Ducal.

*I. N. J.*  
MEMORIARVM CO-  
BURGENSIVM  
SEXTA

*f.*  
MEMORIA CONTINU-  
ATA  
ANDREAE FROM-  
MANNI,  
ILL. ATHENAEI CO-  
BURGIACI  
DIRECTORIS QVINTI.

ILL. CASIMIRIANI CO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. XXXV. De *Andreae Frommanni, Directoris, Liberis & Nepotibus, prosapiaque spectabili*, quia, quae innotuerunt adhuc, in notitiam etiam aliorum perferenda polliciti sumus in programma nupero paschali; de *Jobanne Christiano* supra dicto, *Medicinae Doctore, Archiatro SAXO-COBVRGLACO, Medico item Au- lico & Prouinciali, & Physice in CASIMIRIANO* ultra XL. annos *Professore*, nostro iterum more commemoramus sequentia;

§. XXXVI. Natus fuit *D. Job. Christianus Frommannus* Co- burgi A. 1623. d. 12. Mart., Patre saepe nominato, *Andrea From- manno, Directore, Athenis Illiacis* A. 1643. relictis, *Academias* adiit, *Regiomontanam, Hafniensem, & Vpsaliensem, Licentiatus Medicinae*, habita inaugurali Disputatione *de dolore Capitis*, A. 1653. Jenae euasit, & *Doctoris honores* A. 1660. consecutus est. A. porro 1640. *Medicus Prouincialis* constituebatur in Ducatu Coburgensi, A. 1655. in *ILL. CASIMIRIANO Professor Physicae publi- cus*, A. 1680. *Medicus Aulicus, & tandem simul Dini ALBERTI III. DVC. SAX. Archiater*: quadragies & semel in Gymnasio publica *Disputationum Specimina* edidit, publica eq; *Eruditorum censu-*

rae uti exposuit *Disputationes XII. Physicas, de Antiperistasi prima & secunda, de Vua & Muslo, de Frigoris Subiecto, de Balneis, de Sanguine Christi in horto fuso &c.* ita ipso Autore Libri prodierunt: (1) *Discursus de Venae sectione Lips. A. 1668. 8.* (2) *Tractatus de Fascinatione, Noribergae A. 1674. 4.* (3) *Unterricht/die grassirenden Fieber zu curiren/Cob. A. 1675. 12.* (4) *Tr. de Haemorrhoidibus Norib. A. 1677. 12.* (5) *Unterricht in Pest: Zeiten Cob. A. 1680. 8.* (6) *Anser Martinianus, Lips. A. 1683. 4. &c.* Habuit tandem ad. 22. Nov. A. 1653. in matrimonio *Annam Ursulam, Filiam Jo. Jacobi Draconis, I Cti, C. P. C., SAXO-DVCALIS Cancellarii atque Consilii Intimi, Consistorii Praesidis, & Scabinatus Directoris, ex qua ter ternam Isuscepit sobolem, ternam masculam, & bis ternam foemineam, nominatim*

- I. *Annam Ursulam, pridem mortuam; quae Jo. Georgio Eichlero, Praefecturae SAXO-COB. Secretario, peperit Jo. Philippum, Jo. Wilhelmum, Jo. Christianum, Mariam Barbaram, Mariam Sophiam, Mariam Rosinam, & Mariam Susannam; super sunt, Maria Sophia, Coniux inde ad. 27. Jan. A. 1711. Christiani Philippi Doebneri, Consulis hoc tempore Regentis & ILL. Regiminis Coburgiensi Aduocati Ordinarii, & Maria Susanna: reliqui autem iam Auum in coelis expectarunt.*
- II. *Annam Rosinam, nuptum datam a. 1687. Jo. Philippo Müllero, Juris Doctorando, & ILL. Regiminum, Coburgensis et Hilperhusani, Aduocato Ordinario, nunc Viduam.*
- III. *Annam Catharinam, IV. Johannem Christianum, V. Annam Christinam, VI. Jo. Lucam, VII. Henricum Christianum, VIII. Mariam Barbaram, quae bis terna proles, Patre adhuc inspectante, vitae meliori reddita est: &*

IX. *Catharinam Sophiam, maritam Godfridi Jacobi Haug-  
kii, Redituum DV.CALVM Epistatae in Rodach/ mor-  
ruam itidem, & Matrem binorum Filiorum, ex quinque  
liberis superstitantium.*

§. XXXVI. Ex Scriptis, quibus *Frommannus Director* Rem-  
publicam literariam deuinctam sibi tenet & obstrictam, *Witte-  
nius in Diario Bio graphico ad A. 1666.* recensuit: *Promptuarium  
Logicum, Discursum de Summo Bono Practico, Institutiones Ethicas,  
Synopsis Metaphysicam, & Aphorismos de Virtute Morali. Cen-  
turiasque binas Aphorismorum de Philosophia & de Dialectica Co-  
burgi A. 1626. 4.* ab eodem hoc *Frommanno* emissas *Junkerus in  
Catalogo Librorum Bibliothecae Isenacensis* p. 71. attulit, addidit-  
que: *Dieses Buch haben Herr Herzog JOHANN  
ERNEST zu Sachsen-Eisenach Hoch-Fürstl. Durchl./  
gottseligster Gedächtniß/ der Schul-Bibliotheque gnä-  
digst verehret/ besage der Inschrift auf dem Titul-Blat/  
Illustrissimus Princeps, Dominus JOH. ERNESTVS, Senior, Dux  
Saxoniae, Juliae, Cliviae & Montium &c. Librum hunc Bibliothe-  
cae apud Isenacenses consecrauit A. O. R. 1626. d. 2. Maji. Unde  
de ist das Hoch-Fürstl. Sächs. Wapen vergülde. Nobis  
autem ex Actis Gymnasti publicis quae innotuerunt, secundum  
annos hoc notantur ordine, & Autore *Frommanno Direct.* pro-  
dierunt pariter: A. 1617. *Disp. de Natura Logicae, A. 1618. Disp.*  
*de Praedicabilibus in genere, de Genere & de Specie, A. 1619. Disp.*  
*de Homonymis, de Proprio & de Differentia, A. 1620. Disp. de Par-*  
*onymis & de duabus Divisionibus Antepredicamentibus, A. 1621.*  
*Disp. de Dialectica in genere, & de Philosophia in genere, A. 1622.*  
*Disp. de Notionibus in genere, A. 1623. Disp. de Vniuersalibus, et de*  
*Genere, A. 1629. Disp. de Corpore naturali eiusque principis in ge-*  
*neris, de Summo Malo practico s. miseria, & de Conscientia in genere,*  
A. 1634.*



A. 1634. Disputationes Theologicae duae de Norma & Regula Controuersiarum Religionis & fidei inter nos & Pontificios, ἐὺδαίμωνολογίας Decas posterior, & Monumentum CASIMIRIANVM infra citandum, A. 1637. Exercitatio Metaphysica de Natura & constitutione eius, A. 1639. Disp. nona ἐὺδαίμωνολογία de bona Fama, & Aphorismorum Ethicorum ἐξάς de Virtute Morali, A. 1645. Disp. Theol. continens conciliationem Dictorum Rom. III. 28. & Jac. II. 24. vt & Disp. Theol. exhibens Dubia aliquot circa Articulum de Ecclesia, in quoniam eius proprie constituta sit Antiquitas, A. 1646. Aphorismorum Ethicorum de Virtute Morali ἐπτά de Quod, A. 1647. Disp. Theol. posterior, exhibens controuersiam in sacra Eucharistia de Communionis sub vtraque, & in specie inter nos & Pontificios agitam, opposita R. P. Henrico Marcellio, S. J. S. Theol. Professore Bambergensi, Disp. de hoc argumento posterior, & Disputationis posterioris Sectio posterior, A. 1651. Disp. posterior, duas decurias quaestionum de Philosophia in genere exhibens, A. 1652. Exercitatio Theologica, examen continens duarum Disputationum Pontificiarum, de fide explicita & implicita, formatā & informi, A. 1654. Aphorismorum Ethicorum ἐξάς de Virtute Morali in genere &c. Magnus praeterea Programmatum est numerus; nam nullam fere hebdomadam Frommannus Direct. intermittebat, quin Orationem publice haberi concederet, programma sua scriberet manu, & affigcuraret: vnde & Is ipse Vir de Gymnasio meritissimus recte supra appellabatur.

§. XXXVIII. At inter Ἀξιωματώδεις a Frommanniana, quae in Memorias Gymnasii publicas referenda obuenerunt Frommanno Directore, principem vtiq; locum obtinet Principis Serenissimi, IO. CASIMIRI, DVC. SAX., funus, toti Saxoniae, toti Ducatui Coburgiaco, totique, quod Is clementissime constituerat, Gy-

*mnasio* perluctuosum, & idcirco etiam ab *hoc* ea, qua par erat, pietate deflerum. Cum enim die XVI. Julii A. MDCXXXIII. Coburgi in Arce DVCALI vitam amississet *Pater Patriae laudatissimus; & omnium tunc Romani Imperii Principum Senior*, ea ipsa hora, qua *Regi Suecorum*, GVSTAVO ADOLPHO, honores supremi sermone sacro perfoluebantur, corpus autem, auctis in dies bellorum periculis, vsque ad XXIV. Martii Anni insequentis in dicto Aulico palatio fuisset asseruatum, quo nimirum die demum id summa cum ceremonia in Aedem primariam Mauritianam translatum est, inque lithotaphum patrium ad quietem sepositum, vti sancta alia & solemnia officia (eminent in his *Concio Jo. Wagneri, Ecclesiae Aulici, & Oratio funebris a Doctore Job. Gerbarde Ienae dicta, nec non Nummi exequiales in Tenzelii Saxonia Numismatica* effecti) tributa sunt: ita ipso Exequiarum Illustrium die in Programmate a se scripto ad commendanda doloris & tristitiae signa adhortatus est *Director M. Andreas Frommannus*, pauloque post, d. VIII. Jun., ad parentationem a se d. XII. Jun. habendam inuitauit, binaque haec Programmata iuxta cum parentatione iunctim deinceps prodierunt, & sub titulo, MONIMENTVM CASIMIRIANVM.

§. XXXIX. Mortuusque est, *Frommanno Directore*, qui JO. CASIMIRO *Fratri* in Regimine, & ipsa DVCALI in Athenaeum Coburgense munificentia, successerat, JO. ERNESTVS, DVX SAX., A. MDCXXXVIII. d. 23. Oct.; *Princeps*, a quo Auditorium Publicorum superius & minus ERNESTINVM cognominatur, veluti a JO. CASIMIRO maius & inferius *nał iżożni* CASIMIRIANVM, nam in gloriae Gymnasii instituti perfectique societatem venerat hic DVCIS IO. CASIMIRI frater germanus, DVX IOHANNES ERNESTVS; *Princeps*, de quo ad A. 1638. haec attulit *dn. Mullerus in Annalibus Saxonis*, A. 1638. den 27. Sept.

hae

hat Herzog J. ERNST zu Sachsen-Eisenach/ eine dergestaltige Stiftung aufgerichtet/ daß nach seinem Nimmerseyn der Universität Jena/ wie auch denen Gymnasiis zu Coburg/Gotha und Eisenach/ so wohl Kirchen/ Schulen/ und Hospitälern/ über vorige Verordnung/ annoch 10000. Rthl. von gewissen Gefällen gereicht und gezahlt werden sollen: *princeps, quo proinde mortuo, & quod simul Coburgica, siue, ut alii appellare malunt, Franconica linea plane exaruit, lacrymis se Gymnasium tradidit & tristitiae. Mortuo etiam JO. ERNESTO, Director Frommannus Gymnasium moderatus est sub Regimine Fratrum & Ducum SAXONIAE Lineae Vinariensis, scripsitque in Programmate Encaeniali Gymnastico A. MDCXXXIX. Professor Hagelgansius, Athenaeum hoc temporum istorum iniuria aliquandiu pressum, & tantum non oppressum, insigni Illustrissimi & Celsissimi principis, domini GVILIELMI, DVC. SAX., Eiusdemque Celsitudinis FRATRVM Celsissimorum, pietate ac prudentia nouam faciem & formam elegantioram sibi promittere: & facta tandem pactione inter DVCEs SAXONIAE Lineae Vinariensis & Altenburgensis, Gymnasium A. 1640., & Frommanno Directore, Dominum & Nutritorem accepit FRIDERICVM GVILIELMVM II. Cum nimirum Frommannus aliquanto ante, d. XX. Mart. A. MDCXL., religiosissime commendasset Clementiam ERNESTI DVC. SAX., qui nomine FRATRVM tunc administravit DVCATVM Coburgensem, & Eucharistiam Potiuam typis exscriptam totius Collegii CASIMIRIANI nomine consecrasset, pro clementissima, ut est in Titulo Eucharistiae, affectione & beneficiis innumeris, quibus annuo abhinc spatio Illustrissimum Athenaeum CASIMIRIANVM, in eoque Docentes & Discipulos beneuole erat complexus, debitaue subiectionis & gratitudinis ergo oblatam; ibique*

quia

quia notabilia sunt ad ERNESTVM *pium Frommanni* verba, operae eadem excerpere fuerit pretium. ILLVSTRISSIMAE TVAE CELSITVDINIS *Aduentus*, inquit Frommannus, in territorio Coburgensi totaque Franconia celebrabatur, vt famam pietatis expectatio ILLVSTRISSIMAE TVAE CELSITVDINIS, expectationem Ipsius aduentus admiratioque superaret. Illustrissimum nostrum Athenaeum CASIMIRIANVM cadauerosam tunc temporis praeseferbat faciem, Conuictorium in eodem in mortis agone constitutum videbatur; vt primum vero ILLVSTRISSIMA TVA CELSITVDO aspiciato huc appulit, illud suam mutauit faciem Eius inuitata benesicentia & munificentia, hoc vero conualescere & respirare coepit. Certior enim facta de angustis, difficultate & egestate, non modo Docentium, sed & Alumnorum & Beneficiariarum, mox pro innata sua benignitate de victu largiori & salubriori Alumnis voluit prospici; Docentes vero pro ratione temporis in hoc afflicto patriae statu multis beneficiis cumulauit, & elementissima sua affectione animum illis addidit, ac ad bene sperandum de omni Republica literaria quasi seipsum quoddam extulit. Quin & autoritatis multum eidem CASIMIRIANO Collegio conuulsiuit, quando superiori anno in celebratione natalis eius orationi panegyricae interesse, & Ducali sua praesentia cum generoso comitatu eam conuolare & dignari voluit, pro qua etiamnum hodie ILLVSTRISSIMAE TVAE CELSITVDINI Auditorium medius fidius cum parietibus & subsellia gratias agere gessit, quod Heroem eiusmodi e Serenissima DOMO SAXONICA auditorem sibi habere licuerit.

§. XL. Qua vero in Munificentia ERNESTINA, COBURGO-GYMNASICA, & aevi Frommanniani, quia subsistendum est, Αξιοσημότευτα Frommanniana alia alio tempore, & Deo bene iuuant, allatum iri, hacque ratione Historiam Frommannianam detexendam pollicemur; intimantes adhuc Orationem Pentecostalem, a IO. MICHAELE Hauffe derffii Lauba Hexapolitano Lusato, Studio Publico, Cuiusque bonae seugis, affiduo, & liberalibus studiis perpolito, habendam, nam hoc Spiritus S. Felto de Spiritu Inspiratorum recentissimorum, qui Galliam, Angliam, Scottiam, Sueciam, Belgium, & in Germania nostra Halam inprimis & Berolinum haecenus conturbauerunt, ita disleret, vt homines designet detestabiles, SPIRITVSS. Beneficia extollat, & ad haec recte perpendenda Vos, Studiosi Iuvenes, Cives Dilectissimi, adhortetur. Hausdorffum itaque audite, & pectora vltra SPIRITV, qui in Apoftholorum vertice effusus est, consecrate! P. P. Coburgi ipso Spiritus S. Felto A. MDCCXVI.

Coburgi, exscripsit Mauricius Hagen, Typogr. DVCAL.

L. N. J.  
MEMORiarVM CO.  
BURGENSIVM

SEPTIMA

f.  
MEMORIA CONTINV.  
ATA

ANDREAE FROM-  
MANNI,

ILL. ATHENAEI CO-  
BURGIACI

DIRECTORIS QVINTI.

ILL, CASIMIRIANI CO-  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELIQVI  
S. I. S.

§. XLI. *Ἀξιωματώδιστα* caetera, quae Memoriarum Coburgensium *sextae* per chartae rationem inferi poterant haudquam, nunc allaturi, & Historiam simul de exturi *Frommannianam*, ab Aduentu in ILL, CASIMIRIANVM DVCALI, splendido & maxime memorabili, iure & merito decreuimus exordiri,

§. XLII. *Frommanno* enim adhuc Directore, *Aureus Aureae Stirpis Ramusculus*, CHRISTIANVS, DVXSAX, FRIDERICI GVILIELMI II. Filius, & Princeps Iuuentutis excelssimae indolis summaeque expectatōnis, ex Hennebergia, vbi, PARENTIS susceptis partibus, sacramentum clientelae & fidei a Ciuibus & subiectis sibi dici curauerat, *Coburgum* digressus, e Palatio in *Gymnasium* concedere, hocque augustae praesentiae splendore serenare dignatus est non solum, sed etiam, cum *Israel Clauderus*, *Historiarum & Eloquentiae Professor*, publico propterea nomiae, nec non cultu humillimo, gratulatus fuisset, egisset gratias, & in CASIMIRO-GVILIELMIANVM *Gymnasium*, vti tunc appellabatur, Professores conuocasset cum Studiosis Iuuenibus, IPSE septennis publice, ornate, verbis Latinis, et gratiosissime respondit: cuius pulcherrimi facti notitia vt perennaret, quia praeter *Clauderianam* *περὸς Φώνησιν*

ty-

typis statim exscripta est *Responsio PRINCIPIS, haec ex Tabulis Gymnastii publicis depromta iure iidem & merito repetitur, & in Memoria hac septima Coburgensi principem tenet locum & auctoritatem. Nam ita elocutus est CHRISTIANVS, DVX SAX., octavo Calendae Decembris A. MDCLXI. Omnigenae doctrinae & status Viri charissimi, Vestrum gaudium, ob primum meum in vestrum Lyceum ingressum, causatur & mihi non mediocre gaudium: Vestra acclamatio, qua gratulabundi ex subiecta animi deuotione, beneuolentis aures impletis, in hac tantilla mea aetate non sine fructu erit. Nam ob id natum me arbitror, ut verae Ecclesiae & Scholae Ministros, non saltem iam, verum etiam per dies vitae, audiam & colam: quod me inducit etiam, ut pollicear, quantum in me consistit, iis omnem gratiam & favorem sperans a DEO gratiam non minorem, partim ob intercessionem vestram, qua legitimos vestros Principes Dei gratiae commendare consentitis, partim & mea fide & amore in Christum, propter me natum, crucifixum, & mortuum. Macti estote, macti, inquam, virtute huius Gymnastii & Ecclesiae Dei Doctores, Magistri, & Ministri! ut, labore vestro, hoc plantarium liberalium artium ita excolatur & perfectatur, quod remedia possint excerpti non solum contra Ecclesiae Christi oppugnatores, verum etiam Patriae inuasores, ac Reipublicae perturbatores. Ego interim, quantum in me erit, non defatigabor vobis bonis exemplis, auspice ac duce Christo, praecire, omniaque mea consilia eo dirigere, ut ex viriusque conatu & gloria DEI, & Reipublicae tranquillitas, procuretur. Cumque praematura morte obiisset PRINCEPS laudatissimus, iconicam statuam & Imaginem Ejus ad viuum expressam Auditorio CASIMIRIANO, in quo nimirum Is dixerat, clementissime donarunt SERENISSIMI Parentes, e regione Solii DVCALIS visendam, & insequenti ornatam Inscriptione: DER Durchlauchtigste/ Hochgebohrne Fürst und Herr/ Herr CHRISTIAN der Erste dieses Nahmens/ Altenburgischer*

scher Linie/ Herzog zu Sachsen/ Jülich/ Cleve und Berg/  
Landgraf in Thüringen/ Markgraf zu Meissen/ Befürstet-  
ter Graf zu Henneberg/ Graf zu der Mark und Ravens-  
burg/ Herr zu Ravenstein. Ward geböhren auf der  
Fürstl. Residenz zu Altenburg/ An. 1654. den 27. Febr. An.  
1661. den 12. Novembr. nahm dieser löbl. Prinz benebenst  
seiner Fr. Mutter zu Weimungen/ wegen seines Hrn. Va-  
tern Hn. Friedrich Wilhelm des Andern/ die Huldigung an/  
that daselbsten die Dancksagung selber gegen alle die Unter-  
thanen und Anwesende/ seines Alters im siebenden Jahr/  
auf dessen Zurückkunft zu Coburg den 24. Novembr. hat  
dieser löbl. rare Prinz das Gymnasium besucht/ da Er denn  
in grosser Versammlung von dem Professore Eloquenciae  
mit einer lateinischen Oration bewillkommet worden/ wel-  
che Er auch mit einer gnädigsten Dancksagung und Ver-  
mahnung fortzusetzen Fleißes auf Lateinisch beantwor-  
tet hat/ daß jeder männiglich es nicht ohne Wehmuth/ mit  
Freuden und Verwunderung angehört hat. Starb An.  
1663. den 5. Junii auf der Residenz zu Altenburg/ seines  
Alters neun Jahr. Zum Andencken dieses löbl. Prin-  
zens ist dieses Conterfait von denen Hoch-Fürstl. Eltern  
anhero verehret worden.

§. XLIII. Laudem proximam locunque alterum Memoria  
teneat *Voluntatis CAVPERTINAE beneficæ*, *Fromm.anno* pariter ad-  
huc *Directore*, & Anno nominatim MDCLX. d. XXV. Aprilis, pa-  
lam ita collocatae, vt *Mensa CAVPERTINAE gratuita* in Communita-  
te *Gymnasii Coburgensis* pro XII. Conuiuiis studiosis constitu-  
retur, constituta programme, quod vocamus, publico intimare-  
tur, & intimata publica cohonestaretur panegyri: quam vt ipse  
indixit Panegyrista *M. Johannes Wölffing / Mathematicum* &

*Græc.*



*Graecarum literarum Professor publicus, Alumnorumque Inspector:*  
 ita ex programme illius, ad audiendam Orationem memorialem  
 inuitante, haec sane iuuat repetere, iuuatque sic Virtutem CAV-  
 PERTINAM grata prosequi memoria. Inelytissima (inquit *Wölf-*  
*fingius*) Domus Saxonicae Capita, *hujus quippe Lycei Stator &*  
*Fundator, Princeps ac Dominus, DN. JO. CASIMIRVS, nec non*  
*illiusdem felicissimus Restaurator, Princeps ac Dominus, DN. FRIDE-*  
*RICVS GVILIELMVS, DVCE SAXONIAE, inter Ministros & subdi-*  
*tos suos connumerarunt Mecoenates, qui prudentia sua non tantum,*  
*quaecumque Reipublicae salutaria existant, praeciderunt, praecissa*  
*summa dexteritate moderantes gubernarunt, quosque non sua sed pu-*  
*blica mouere commoda; sed & qui circa literarum cultum suere sat-*  
*agentissimi. Quos inter utramque faciunt paginam VIRI, dum vi-*  
*uerent, apud Coburgenses Honoratissimi, DN. GEORGIVS CAUPER-*  
*TVS, Aerarii Ducalis Scriba supremus, & DN. ANDREAS ERHAR-*  
*TI, Vir Consularis, eruditione & prudentia clarus: qui diuino erga*  
*communia Musarum studia agitati zelo maximam Bonorum suorum*  
*partem Reip. literariae BONO destinari, & ad commune duodenorum*  
*alumnorum sustentaculum legari seruis expetere votis atque contem-*  
*dere. Quae etiam ipsorum desideria ex utroque marito superstes*  
*vidua, Matrona Spectatissima, ANNA generis ortu ROEGNERIA-*  
*NA, solenni & legitima Testamenti sanctione explere, ultima sua vo-*  
*luntate firmare, & ad omnem nascendorum hominum memoriam*  
*transmittere voluit. Inde Res haec per legitimum Testamentum*  
*ad Amplissimum Grauisimorum DNN. SCHOLARCHAVM SENATVM*  
*relata, Eorundem dexteritati cura tam ardui memorabilisque negotii,*  
*& facultas NOVAE MENSAE GRATITAE constituendae pro pauper-*  
*tiniae fortis adolescentibus commissa: quorum saluberrimae consul-*  
*tationes & rationes feliciter contractae eo usque profecere, ut praes-*  
*ente anno Christiani seculi sexagesimo MENSA gratuita nova, eaque*

CAUPERTINA dicta, die XXV. Aprilis heic loci constitueretur, constituta programmata intimaretur, publica que panegyri cobonestaretur. Ex hoc igitur tempore COBURGVM nouos in annalibus titulos sortitur, & laudatissimorum nostrorum DVCVM (quorum clementissimo nutu & auspiciis haec quam rectissime sunt atque geruntur) munificentiam cumulat, & Gymnasticae nostrae felicitatis deinceps omen praebet certissimum. Sicuti proinde sacer quotannis nobis habetur TER TIVS Iulii dies, & apud omnes in summo honore & gratissima viget recordatione, vixisse qui ortum dedit inclutae huic animorum nostrorum Nutriculae, GYMNASIO CASIMIRO - WILHELMINIANO, eoque hoc ipso die SUPREMO omnium rerum MODERATORI publicas nuncupamus gratias, quod Serenissimis e Ruta Saxonica CELSITVDINIBVS eam inspirauerit mentem, vt pro ea, qua feruebant, religiosa pietate HONORIDEI & mortalium Saluti hoc Ingeniorum GYMNASIVM condiderint, conditum ad seculi dimidium & amplius in tot tantisque BELLONAE tumultibus, quibus velut procellis, interuentionem improbe spirantibus minitantibusque, saepe expositum periclitabatur, saluum & incolumem praestiterit Diuina Clementia: Ita post-hac dies GEORGIO & ANDRAEAE sacri quotannis ex mente & voluntate TESTATRICIS, Matronae insigniter munificae, literata depositas ab Alumnis Caupertinis gratitudinis specimina, Gymnastii nostri subsellia calefacient, vt cum laude & honesta memoria famam Euergetarum praedictorum prosequi digne possimus atque propagare. MENSAM itaque hanc nouam felici (ita veli DEVS) sidere ac mense auspicientes, TIBI primo omnium, Supreme GYMNASIARCHA, ejus & principium & cum hoc felicem porro successum deuota commendamus mente: quam non annare modo, sed & ad seros nepotum nepotes vsque & vsque perennare benignissime concedas.

§. XLIV. De Bellona autem a Wölfflin io admoniti & tempore tristissimo, quod Caupertinam antecessit benignitatem, memoria quo-

quoque difficultates publicas & domesticas, & noui <sup>ἀποκαταστάσεως</sup> Vice, repetimus, quibus *Frommannus Director*, idemque Professor ab A. 1616. vsque ad A. 1666., affectus fuit & afflictus. Ipse suis vidit oculis, suis accepit auribus, quam descriptione quadam poetica *J. C. Koblhansius* exhibuit, *Obsidionem Coburgi, Ciuitatis ac totius terrae Coburgiacaе spoliationem, exactionemque hostilem, a die ante Festum Michaelis ad III. Non. Octobr. A. 1632. ab ingenti exercitu factam*; vidit imo & accepit bonorum direptiones multo antea turpiter & calamitose susceptas, iteratas, & continuatas, vt, existimante *Schlegelio in der Münz-Bibel p. 267.*, nummum ideo cudi curauerit IO. CASIMIRVS, DVX SAX., cum epigraphe vernacula: *Er hat uns geschlagen/Er wird uns auch heilen/Os. VI. l. 1631.* Vitam eo tempore egit *Frommannus*, quo per infelices pecuniarum aucupes monetae pretium excreuerat, *zur Ripper- und Wipper-Zeit* / & suis contrectauit manibus nummos *Coburgi* effectos, *die Pleßer-Thaler* / de quibus *Tenzelius in Sächf. Medaillen-Cabinet P. II. Lin. ERN p. 289.*, & reliquam prauam prauioris aetatis monetam, vnde videlicet annuariae rei penuria & difficultas non poterat non ingrauescere, In quantam indidem inciderit miseriam *Coburgum*, constat sane ex *Annalibus Dn. Hoennii*, quippe qui tunc vaccam ducentis trecentisque florenis, equum mille & sesquimille florenis perhibet veniisse; constatque de aerumnis, quibus simul in tanto bellorum strepitu, & arctiore hac annona, *Gymnasium* premebatur CASIMIRIANVM, ex *Tabulis publicis, programmatibus* tunc scriptis & lamentationibus, & ex *biographia*, quae *Concionia funebri* annexa legitur, *Frommanniana*. Nam, vt testimonio vnico & singulari rem confirmemus, est in *Actis Gymn. querimonia Directoris & Professorum* in *Examine Autumnali A. 1639.* scripta, & in eadem his inter alia Illi videntur verbis, de reuocatis ex or-  
co

coJulianis, qui clandestinis suis machinationibus scholas subuertere annitantur, locuti: *Deficientibus redivitibus in hisce motibus bellicis mox docentium numerum contrahere, eorum salaria decurtare, Conuictoria claudere, decurtatis salariis univel alteri duriolem & difficiliorem prouinciam imponere, pro ratione temporis saltem maxime necessaria e publica cathedra docere, proh Deum atq; hominum fidem, quid est, si hoc non est, Academiam in Gymnasium, Gymnasium in Scholam trinialem turpiter conuertere?* item: *Quis uero dubitat, curam Scholarum hac turbulentissima tempestate, in illustrissimis nostris Principibus & Patribus patriae exoptatissimis radices egisse altissimas? Eaque propter, ad hanc scholam prouincialem ab interitu vindicandam, in hac infelicitissima rerum omnium egestate, nec docentes sua in ornanda sparta animum abjiciant, nec discentes suo desint officio.*

§. XLV. Et in numerum tandem Theologorum uanposiōv & semiseularium, quod nouum, & vltimum esto Αξιογνωμόνευτοv, referendus est *Frommannus Director*, addendusque *Goisfrido & Io. Goisfrido Olearis, V. Brauno, I. Brentio, I. Coelero, I. Fabritio, D. Fesselo, C. Fischero, Philippo Graetero, D. Graesero, W. Hardero, I. Heerbrando*, caeterisque, qui quinquaginta & plures annos in publicis confecerunt muneribus, & a Praefule Lubeceni, *Goetzio*, in peculiari distribua enumerati sunt.

§. XLVI. Quo autem nouo & egregio *Frommanni* praeconio ipsi huic programmati, quod *Orationi Cuius nostri, ERNESTI FRIDERICI IVSTINI Heimreichs, Isenacesis*, scriptum est, ita finem imponimus, vt VOS, CIVES STUDIOSI, ad *Solemnia Natiuitatis Christi* rite celebranda adhortemur perinde, ac ad audiendum *Sermonem sacrum*, eandem inculcaturum pietatem; dicit enim hoc die *Studiofus hic Publicus, Iuuenis ingenus & honestus, & eximum a Deo natus ingenium, huiusq; beneficio feliciter succrescens, de Messia* *וְיָבֹרֵךְ אֱלֹהֵינוּ בְּיָמֵינוּ* Verbo Dei, & *Targumica* hac appellatione *Messiam*, aeternum *Dei Verbum*, significari salutariter ostendet. P. P.  
die Saluatoris natalitio A. MDCCXVI.

Coburgi, typis exscriptit Mauricius Hagen, Typogr. DVCAL.

I. N. J.

MEMORiarVM CO.  
BURGENSIUM

OCTAVA

f

MEMORIA

HEINRICI BAVMANNI

THEOLOGIAE DO-  
CTORIS

ET

JLL. ATHENAEI CO-  
BURGIACI

DIRECTORIS SEXTI

ILL. CASIMIRIANI  
COBURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. XLVII. De *Andrea Frommanno*, ILL. Athenaci Coburgiaci *Directore* quinto, locuti hactenus, & ex ordine porro dicturi, ad *Ejus* in munere *Successorem* ita progredimur, ut falsces, mortuo *Frommanno*, delatos primùm fuisse notemus *Dn. Caspari Loescheri*, Doctori hodie Theologo in Academia *Vitebergensi* praecipuo, & in eadem tunc Adjuncto Facultatis Philosophicae, deinceps vero, & *Loescheri* deprecante, *Philippo Müllero*, Professore in Inclyta Salana, & aliquanto post Monasterii B. Virginis *Magdeburgici* Praeposito, Doctorigue Theologo famigeratissimo; ita enim in programme extat, quod ad Disputationem *Mülleri* inauguralem additum est, scriptumque a *D. Niemann*, *Facultatis Theologicae Ienensis Decano*: Medio tempore (quo *Jenae Professore* *Practicae Philosophiae, Oratoriae & Poeseos*, agere coepit *Müllerus*) *Serenissimus Princeps ac Dominus, DN. FRIDERICVS WILHELMVS, Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae, Montium &c.*, *Princeps olim ac Dominus noster Clementissimus*, *Ipsum ad Aulam Altenburgicam evocatum, & e sacra cathedra auditum, sibi a Con-*

cio-

cionibus Aulicis esse clementissime voluit; cui principali Clementiae, licet vitae in Academia institutae rationes exponeret, & humillime peteret, ut Jenersibus Musis fruisca amplius sibi liceret, tamen nihil decessit, ut Directorium Gymnasii Coburgiaci, morte B. DN. M. Frommanni desertum, Ipsi nil minus expectanti anno proximo per publicas Illustrissimi Regiminis literas offerri clementissime mandaret: eum tamen eodem tempore hanc vitae ac studiorum viam iniuisset, quae citra grauius quietis priuatae rerumque suarum dispendium vix abrumpi tunc posset, idem Excelsissimus HEROS & humillima Ejus excusationem in optimam partem accepit, & a se se omnem in posterum benignitatem votis ejus opportunitatem expectare ac fidenter petere iussit. Conferatur Zeumerus in Vitis professorum Theologiae Jenersium, quippe qui memoriam hanc Coburgiacam verbis his conferuauit, renouauit, amplificauit: post professionem Jenae a Philippo Mülero susceptam breui alia diuinae prouidentiae indicia patuere; poscente SERENISSIMO DUCE FRIDERICO WILHELMO ad aulicis Concionatoris spartam Altenburgum, eaque remissa, ad Directorium Coburgici Gymnasii, spe simul facta generalis Epboriae Ecclesiarum, quam & impletum iuit SERENISSIMVS DUX ALBERTVS, & nouae Academiae Professore primum optauit,

§. XLVIII. Proindeque, & Mülero deprecante similiter, fiebat, ut sparta ad M. *Heinricum Baumannum*, id temporis in laudata Academia *Lycorea* Ordini Philosophorum adscriptum, deueniret, & Directoris Coburgici officio praeesse clementissime juberetur Vir hic in primis eruditus, praestantem consecutus famam, & *Baumannis* in Orbe literato celebrioribus (*Christiano Baumanno*, Professore Pontificio nominatissimo, *Michaeli Baumanno*, & *Antistiti Hobentensi*, & *Nicolao Baumanno*, Professore *Reslochien-*si) adeo non concedens, ut laudatos nisi superarit, exaequarit

a men, & si vita aequè superuisset, superaturus haud dubie fuisset: unde vero de *Henrico Baumanno* egerunt, qui vel *Vitas* con-  
texuerunt *Eruditorum*, vel reliquam rei literariae descriplerunt  
historiam, *Paulus Freberus*, in *Theatro Virorum* eruditione cla-  
rorum, *Henninus Witte* in *Diario Biographico*, *Fridericus Lucas*  
in *Europaischen Helicon* in *Gymnasio CASIMIRIANI* & *Dir-  
ectoris Baumanni* eximia digressus commendationem, & *Autor*  
*des compendieuses Gelehrten-Lexici*, quod *Lipsiae* obfetti-  
cante *Dn. D. Menkenio* prodit.

§. XLIX. HENRICVS hic BAVMANNVS Anno supra mille, sex-  
centos, trigesimo quarto, octavo Iduum Maji, natus erat *Torgae*,  
Urbe Misniae, quae Arcem habet prisci quidem operis, sed Aula  
faepe splendidam, *Saxoniaeque aliquot Ducibus nascentibus ortu*  
*in primo hospitium larga fidele dedit*. Patrem ibi suspexit Sacer-  
dotem oppidani templi perreuerendum & Archi-Diaconum,  
*M. Christianum Baumannum*, his idcirco a *Dn. Feustelio* annun-  
tatum qui Pastores vel Diaconi extiterunt, & simul Patres Theo-  
logorum. Instituti sui rationes cum moderatus aliquandiu  
fuisset ex sententia Praeceptorum Scholae patriae, (eximia haec  
semper laude ornata est, & a *Luthero* pretiosissimum dicta excel-  
lentissimumque in prouincijs *Electoralibus* cimelium) magna  
animi contentione ad *Academiam Vitebergensem* accessit, appli-  
cauitque se ad *Augustum Buchnerum*, illum humanitatis Instaura-  
torem & Vindicem, & Doctores caeteros, in *Theologia* in primis  
exquisitissimos. *Vitebergae* *philosophicam* lauream adeptus est,  
& locum deinceps industria sua dignum, in *Facultate Philosophi-  
ca Adjunctus* constitutus. Crebrius ibi disputauit, docuit, & ty-  
ronum commodis consuluit. Virtuteque prouectus sua, & in  
sacro defixus studio, *Directoris* & *Theologiae Professoris* in *ILL.*

C. de



CASIMIRIANO provinciam cepit. Viteberga Coburgum translatus, & a *Superintendente Generali, Dn. D. Jo. Christophoro Seldio*, introductus, Dominica XXIII. Trinitatis A. MDCLXVI. Lectiones a se publice habendas publico & typis exscripto indixit programme; Anno insequente MDCLXVII, *Doctor Theologiae Vitebergae* renunciatus est, & Vxorem sibi pactus *Virginem multo lectissimam, Susannam Sabinam, re. p. d. Seldii*, Praesulis modo dicti, Filiam, quae Vidua, ex *Baumanno* in auctori manu deinde conuenit *Carpzonianam*, & *Carpzonianam* prosapia, pridem amplissimam, ipsa collocupletavit: pieque tandem mortuus & aeternitatis lauream consecutus cum fuisset *Doctor & Director Baumannus*, calend. quidem nouembr. A. MDCLXIX., reliquiae hoc cum honore componebantur pridie Idus ejusdem mensis, vt & ad funus frequentissimo comitatu decorandum Cives suos programme peculiari cohortarentur ILL. CASIMIRIANI *Professores*, & Concionem hanc habere *Jo. Hofmannus*, perreuerendus sacri Ministerii Ordinis Senior & *Archi. Diaconus*. Conferantur, *Stephanus Ritterus in Cosmographia prosometrica p. 601.*, *Feustel. in Schediasm. de Eruditorum Germanorum Vitis p. 49.*, *Ill. Dn. a Seckendorf in Historia Lutberanismi pp. 45. 46.*, & *Wittenius Memor. Theolog. Dec. XV Mem. VII.*

S. L. *Scripta*, quibus Ecclesiam & Rem publicam literariam D. *Baumannus* sibi deuinxit, percensere equidem aggressus est modo dictus *Wittenius* in *Diario suo Biographico*, & de *Baumanno* ad A. 1669, ita locutus: Obiit d. Non. Henricus Baumannus *Germanus*, Torgauensis, Theologiae Doctor, ejusdemque Professor & Director *Gymnasii Coburgensis*, aetatis anno 35., luciq; exposuit, *Eliae Grebniz Irenonae exstructi, perustrati ruinam*,

Dispp. de Statua Salis, de Stellis, de Jure Belli, de Spiritibus finitis, completo & incompleto, separato, de Communicatione Idiomatum, de Secta Neutralistarum ex Luc. II. 23., de Spiritus Sancti personalitate, diuinitate & processione a Patre & Filio, Disputationes Christologicas Theticas Anti-Caluinianas, Caudam Scorpionis Locustarum Caluinianarum, de calendis Januariis &c. At enim, quia omnino uoluntas & dispositionem alias obseruatam in praesenti etiam p' acer obseruare, prout Anni editionis postulant, & nobis innotuerunt Scripta Baumanniana, illa potius afferemus in medium.

§. LI. Ita nempe innotuerunt, & a Baumanno foras prolata sunt:

A. 1662. Ruina Irenonai exstructi Eliae Grebnitz, Wittebergae 8. cum nimirum anno ante Francofurti ad Oderam prodisset Eliae Grebnitzii, Doctoris ibidem & professoris, Irenonaeus Oratione inaugurali exstructus, perlustratus.

A. 1666. Dispp. de Calendis Januariis Wittebergae habita, Resp. Paulo Martino Sagittario.

A. 1667. Coburgi

d. 30. Mart. Dispp. Ethica de Fortitudine,

m. Jun. Dispp. Theolog. de Spiritus S. personalitate, diuinitate & processione a Patre & Filio,

d. 24. Dec. Dispp. Christologicarum, oedodoxiav Lutherana u contra Caluianos & Xpiscuodixes ex Scriptura Sac. infirmantium prima, de Vnione Personali.

A. 1668.

d. 3. ep. Dispp. Christologicarum secunda de Communicatione Idiomatum duarum Naturarum Christi, de p' secundoque Communicationis illius Genere, & de Omnipotentia Christi hominis.

d. 7.

d. 28. Oct. Dissp. Christologiarum tertia, de potestate vivificandi, remittendi peccata, iudicium faciendi, mittendi Spiritum S., Omniscentia & Cultu religioso Christi hominis,

mense Nou. Dissp. Christologiarum quarta de Omnipraesentia Carnis Christi, tertio genere Communicationis Idiomatum, & satisfactoria Obedientia Christi activa,

m. dec. Dissp. Christologiarum quinta & ultima, de satisfactoria Christi Vniuersalitate, diuino ejusdem Regimine, Eximiatione, Exaltatione, Ascensione & Sessione ad dexteram Dei,

§ LII. Et in numero Αξιωματιωτερον caeterorum, quae in tam exiguo tam breui vitae Baumannianae Coburgensis curriculo obvenerunt, Tria utique poni merentur, DVCALIS FRIDERICI GVILIELMI in Athenaecum CASIMIRIANVM Munificentia, per ductuosus tanti PRINCIPIS Obitus, & Baumanni optima optime de Gymnasio merendi Voluntas. De Illa sane Munificentia haec extant in toties subsidio allegatis rerum Coburgensium annalium Commentariis, a Dn. Consiliario Hoemio contextis, & in his L. II. ad A. 1669. legendis Verbis: Am 22. April. starb Herzog FRIEDRICH WILHELM / auf Dero Hochfürstl. Residenz Altenburg / und hinterließ ein vorigen Jahrs am 21. Martii aufgerichtetes Testament, worinnen Er unter andern sonderbare Legaten und Stiftungen / 2000. fl. der Vniuersität Jena / das Interesse davon zu zweyen Stipendiis, jedes von 50. fl. an 2. von Adel abzugeben / ingleichen 2000. fl. dem Gymnasio zu Coburg zu 4. Stipendiis, jedes zu 25. fl. einem von Adel / und 3. andern zu reichen / auch jedem Scheimden Hoff und Cammer Rath 300. Tha

Thaler zu einer Ketten verschaffte. Exequias TANTI & modo dicti PRINCIPIS, Coburgi demississime & summo cum more red. XIV. Jul. ducendas, programme peculiari indixit Director, Virtutique IPSIVS Monumentum charteum, *Lapidareum*, quam vocant, *Inscriptionem*, nomine *Gymnasti*, & ad publici ei luctus testimonium, poni typisque imprimi curavit *M. Israel Clauderus, Professor* tunc *Gymnasticus*, qui paulo ante, Natalem Gymnasti solenni celebraturus Oratione, in programme, JOHANNEM CASIMIRVM quidem *Gymnasium* exstruxisse, instituisse, dotasse, eoque Franconiam decorasse, scripserat, sed FRIDERICVM hunc GVILIELMVM id per injuriam temporum collapsum restituisse, ac pristino reddidisse nitenti. *Baumannus Director* autem quam rectus fuerit in docendo, quam strenuus in fide sinceriore tuenda, & quam attentus in praeceptis institutisque Maiorum tenendis, & annales docent *Gymnasti Commentarii*, quos *Acta* vocamus, & in illis qui peruolutandi exhibentur, *Lectionum Catalogi*; nam praecipua etiam puncta Libelli *Caluiniani*, qui inscribitur *Baslischer Bericht* / simplicioribus in Districtu cum primis *Schmalkaldensi* seducendis, & *Syncretismi* fermentum recoquentis, sub plenioris examinis incudem disputando se reuocaturum pollicitus erat *Baumannus*.

S. III. De caetero, quoniam *Baumanniana* haec *Memoria* non ideo solum consignata est, ut ex Ordine hadenus recepto *Historia* colloctur *Coburgensis Gymnastica*, sed & imprimis, ut *pascuali* & religioso hoc tempore publice, moreque itidem ut antiquo, ita religioso, habenda & audienda *Oratio* indicetur, *Studiosum Publicum*, HEINRICVM CHRISTOPHORVM Wagneri, *Weidenbergae Byrathinum*, munus illud hodie rite consecraturus, significamus. WAGNERVS enim, *Ciuis modestus, assiduus & doctus*, oblata in Num. XXXV. 27. de *Vindice Sanguinis* occasione, & ex *Lectiombus de Bello punitivo Grotiani*, *Orationem* suo opte elaboravit Marte, elaboratam ante res separatas & iuxta cum *Eucharistia*, nam ad *Academias* transiturus est, recitabit, Rem de אגאל הרה. *Vindice Sanguinis typicam* explanabit, & *Monita* hinc proteret *pascualia*. Vos, *Studiosi Iuvenes & Ciues dilectissimi*, partium vestrarum pie satage-tis & laudabiliter. P. P. Coburgi sub Sigillo Fer. I. Pasch.

A. MDCCXVII.

I. N. I.  
MEMORiarVM COBVR.  
GENSIVM

NONA

f.  
MEMORIA CONTINVATA  
HEINRICI BAVMANNI  
THEOLOGIAE DOCTORIS

ET  
DIRECTORIS SEXTI

NEC NON  
MEMORIA INITIORVM  
DIRECTORATVS  
STEMPELIANI.

ILL. CASIMIRIANI  
 COBURGIACI  
 DIRECTOR  
 ET  
 PROFESSORES RELI-  
 QUI  
 S. I. S.

§ LIV. In Memoriarum Coburgensium Octava, quae feria prima Paschali anni superioris euulgabatur, Doctōris Heurici Baumannii Vitam & Directionem Gymnasticam nonnullis quidem persecuti sumus verbis, Concione fœnctri & Programmate exequiali Professorio, quippe quod in Gymnasii Actis desideratur, tunc destituti: ab illo vero tempore quoniam communicatio facta est, tũm concionis (habuit hanc, typis deinceps exscriptam, Archi-Diaconus & venerandi Ministerii Senior, Jo. Hoffmannus, ex Hebr. XI. vv. 9. 10. & Exequiatoribus gratias dixit M. Casp. Frid. Nachtenhöfer / Pastor in Meder & Adiunctus) tũm Programmaticis, quo Illustrissimi CASIMIRIANI Professores funus d. VII. Nou. A. MDCLXIX. eundem indixerunt, ex hoc inprimis hanc adhuc enarrationem deprompisse iuuerit, & rimas biographiae supra iam contexti coeptae sic expleuisse. HEINRICVS nempe BAYMANNVS, Sacrae Theologiae Doctōr celeberrimus, Gymnasii Coburgensis Illustrissimi Director & Professor publicus, Patriam nactus erat Torgam, natusq. A. MDCXXXIV. d. VIII. Maj., Parentibus, M. Christiano Baumanno, Theologiae

giae Baccalaureo, & Archidiacono Torgensi, & Blandina, D. Adolphi Horstii, Physici Torgensis filia. Patre pie defuncto, in Eius locum quâ Ministerii, quâ Coniugii, Georgius am Ende/ Ecclesiastes, surrogatus est, qui Vitricus magna sollicitudine puerum soniti In disciplinam Torgae tradebatur M. Joachimo Meisnero, Scholae Rectori. Vitebergam venit A. MDCLIII. A. MDCLV. Magisterialem laurum indispicebatur, & anno statim sequente Praesidis suscipiebat partes, cum septies in tra biennium Respondentia vices sustinisset. Primam Disputationem Metaphysicam de Bonitate suo conscripsit Marte. Posthaec, & quamdiu Vitebergae vixit, variis Collegiis privatis & Disputationibus publicis ex Logica, Philologia s. & uniuersa Philosophia, de iuuentute academica bene mereri studuit, & diligentiam suam Collegio Philosophico ita probauit, ut non tantum A. MDCLIX. in Adiunctorum Ordinem cooptaretur, sed etiam A. MDCLXVI. Decanus Eidem praeficeretur. Sub praesidio ut aliorum Theologorum, ita D. Calouii, cuius in nedis ac conuictum eo consilio accitus erat, ut filii, M. Abrahami Calouii, studiis sua coniungeret, semel atque iterum contra Grotium, & de Justificatione respondendo stetit, duasque alias Disputationes, de Symbolo in genere, & ex Dicto Col. I. 1. 3. conscripsit, & in Collegio Alumnorum praesidendo habuit. Suis etiam Professorum suorum cum Lic. Elia Grebnizio, Apostata, & Theologiae suae in Academia Francofurtensi Professore, in causa congressus est syncretistica. Potestate a Facultate theologica A. MDCLXIII. impetrata, Collegia theologica Lectoria & Disputatoria, itemque Concionatoria non pauca, habuit: censuitque Eum Senatus Academicus plus vice simplici dignum, quem ad Professionem Mathematicam ELECTORI commendaret. A. MDCLXV. praecipuas superioris Germaniae inuisit Academias: Vitebergam autem reduci in litteris ad D. J. C. Sagittarium, Su-

perintendentem Altenburgicum Generalem, d. XXIX. Jun. A. MDCLXVI. per scriptis, in sine hoc elogium perhibuit D. Calonijs: Dominus Decanus, Vir Praeclarissimus, M. Baumannus, dignus est Sparta Theologica, siue Professionis Academicae, siue Ephoriam insignioris Ecclesiasticae, inter Candidatos Theologiae nostrates praecipuus e. r. Qua ipsa eximia commendatione factum est, ut SER. FRIDERICO GVILIELMO innotesceret, atque ab EODEM hoc ipso anno in locum M. Andreae Frommanni, Directoris Coburgiaci, surrogaretur. Priusquam Viteberga discederet, licentiam summos in Theologia honores assumendi petiit, admissusque est d. XXIV. Sept. A. MDCLXVI. A Scholarcharum Coburgensium senatu d. XII. Nou. A. e. introductus est. A. MDCLXVII. Vitebergam concessit, & d. XXIII. Apr. Doctoratus insignibus condecoratus fuit. Anno eodem d. XII. Nou. Virginem Sabinam Susannam, D. Jo. Christophori Seldii, Superintendentis Coburgiaci Generalis filiam natu maximam, in matrimonium duxit, quod vero in prole extitit, febre tandem scorbutica correptus obiit ipsis Calendis Nouembribus A. MDCLXIX.

§. LV. Quemadmodum autem, in tam breui Vitae Baumannianae Coburgensis curriculo obuuisse etiam Obitum perlucentuosum magni PRINCIPIS, FRIDERICI GVILIELMI II., supra iam indicatum est: ita, quis in HVIVS locum, & in DVCATV COBURGICO, e PRINCIPIBVS SAXONICIS successerit DYNASTES quibus deinceps Praesidibus, Propugnatoribus & NVTRITIS Inclitum CASIMIRIANVM in columen perstiterit & saluum, & sua tandem pietate erga Conseruatores SERENISSIMOS quemadmodum idem illud Athenaeum porro defungi studuerit: & ex Tenzelii Saxonia Numismatica, & ex torijs allegatis Aetis Gymnasticis omnino, & antequam in aliam introgre diamur memoriam, necesse est cognoscere.

§. LVI. Pertinent nimirum huc, quae in Saxonia Numisma-



*Smatica Lineae ERNESTINAE p. 429. seqq. memoriae prodidit Tenzelius: Vnicum FRIDERICVS GVILIELMVS II. DVX SAX. reliquit Filium, & Tutores HVIC scripserat Auunculos, JOH. GEORGIVM II. ELECTOREM, DVCEMQUE GIZENSEM, MAVRITIVM, qui largi fidelissimae ab AVO praesitae Administrationis fructus optimaeque educationis EVM participes fecerunt. A. MDCLXXII. noui Vallengis cudi coeperunt. Priori facie ob singularem euentum PRINCIPIS IUVVENTVTIS effigies considerari meretur; posteriori scutum Saxonicum primarium clypei XVIII. provinciarum consueti circumdant. Tituli integri utrinque connectendi, Annusque MDCLXXII. additur summe notabilis. A Viris enim fide dignis accepti, nec plures, nec pauciores, praeterquam LXXII. Imperiales, hisce impressos esse matricibus, harumque alteram, Insignibus notatam, cum ultimo disruptam. Quod uti omine haud caruit, ita PRINCEPS IUVVENTVTIS, paullo post variolis correptus, morte sua (denascebatur d. XIV. Apr. A. MDCLXXII, Anno actatis xv.) Lineam Altenburgicam finiuit.*

§. LVII. *Quis (pergit ita Tenzelius) in relictis provinciis successerit, hoc loco repetere opus haud est, sed ex Chronico Coburgico p. II. p. 343., Müllerianis Annalibus p. 497., & Stemmate Clauderiano p. 127., constat, ERNESTVM, DVCEM Gothanum, potiori illarum parte potitum, qui sumtu suo postea PRINCIPEM in Arcis altenburgicae Templo condi curavit; proximus videlicet, uti extat in Nummis exequialibus maioris moduli, quosque Idem ERNESTVS fieri curavit & distribuì, Agnatus, & proinde (in Principatu etiam Coburgico) successor.*

§. LVIII. *Et ex Actis Gymnasii haec huc referri merentur, & commemorando renouari: A. MDCLXX. d. XXII. Apr. Pa-renale anniuersarium, idque memoriae FRIDERICI GVILIEL. MIII. sacrum, & orationem a se habendam, indixit Clauderus,*

*Professor: d. III. Jul. Natalem Gymnasii sextum atque sexagesimum sub dictis TVTORIBVS SERENISSIMIS FRIDERICI GVLIELMI III., JO. GEORGIO II. ELECTORE & MAVRITIO, concelebrandum intimaui Schubartus, Professor: dieque inse-*  
*quente XII. Jul. Natalem EIVSDEM PRINCIPIS NVTRITII re-*  
*ctissimo honore & humillime prosequendum intimaui Wolf-*  
*fingius, Paedagogiarcha. A. MDCLXXI. d. III. Jul. Natalis i-*  
*terum Gymnasii, sexagesimus nempe septimus, & annua agebatur*  
*festiuitate, Coburgicis Terris TVTORIO Nomine adhuc impe-*  
*rantibus PRINCIPIBVS aliquot fariam nominatis, & eanegyrista*  
*Claudero, Professore: agebaturque Dies PRINCIPIS FRID. GVL-*  
*LIELMI natalitius d. XII. Jul. Anno autem MDCLXXII., cum*  
*PRINCEPS HIC summae spei viuere desisset, ipso Exequiarum*  
*DVCALIVM die, XVII. Jul., & cum ERNESTO DVCIS SAXONIAE*  
*Celsissimi Parentis personam gerentibus PRINCIPIBVS FILIIS,*  
*ALBERTO & HEINRICO, homagium praestitisset Coburgum,*  
*d. XVII. Nou. publice, Gymnasii nomine, & humillimae pietatis*  
*testandae gratia, dixit Dn. Jo. Augustus Stempelius, Theologiae*  
*tunc LicentiatuS & Director: quem ipsum [d. XXX. Sept. A.*  
*MDCLXX.] in munus Directoris immisurus Dn. D. Seldius, su-*  
*perintendens generalis, PRINCIPVM TVTORVM in Musas Co-*  
*burgenses Gratiae Laudem in programmata auspicali demississi-*  
*me interposuit, huc itidem pertinentem, & animo eodem, af-*  
*fectus excelsissimi pie memori, transcribendam; Tantum vo-*  
*ro abest, ut post gloriosissimi PRINCIPIS obitum in cineres abierit*  
*Inchyti huius Gymnasii praesidium & patrimonium, ut illud poti-*  
*us nouas vires & incrementa ceperit sub moderamine sercnis-*  
*morum TVTORVM; non enim postremam partem suae Tutelae*  
*ac Curae putarunt, ut inchyti huius Gymnasii illibata & inteme-*  
*rata integritas & incolunitas conseruaretur & vindicaretur,*  
*annis adhuc pluribus acquisita. Conf. Chron. Cob. ad A.*  
1672.

1672. p. 348., vbi breuiori *actus homagialis istius* descriptioni sequens constituitur finis: Und nachdem Sie (Herzog **WILHELM** und Herzog **HEINRICH** Hoch-Fürstl. Hoch-Fürstl. Durchl. Durchl.) den 17. Nov. in dem Gymnasio Illustri eine Oration, so der damalige Director, Herr Doctor Stempel/gehalten/ angehört/ sind **SE** den 18. dito wieder von Coburg abgereist.

§. LIX. Digressi autem a Memoria *Directoris Baumannii* ad *Memoriam Directionis insecutae gymnasticae* DN. D. JO. AVGVSTI STEPELII, in ILL. CASIMIRIANO ab A. MDCLXX. usque ad A. MDCLXXXVIII. *Theologiae Professoris & Directoris, & deinceps superintendentis in principatu coburgensi generalis, ILL. Consistorii Assessoris, Scholarchae & Theologiae Professoris, nec non ad D. Mauritii Pastoris, Vni de Ecclesia Christi & Iuuentute studiosa mirifice meriti, senis que nunc venerabilis*, per errorem autem *inter mortuos ante mortem* relati in *Gelehrten Lexico* p. 2176., & fatum sic *illorum* experti, qui hanc ob *causam* recensiti leguntur in *Miscellan. Lips.* T. IV., nec tamen alia nunc perstringemus, quam, quae ad *Gymnasium & summa in hoc ipsum Merita* pertinent; nam & ita in *Memoriis, Sebesteriana & Meyfartina*, egimus: & tum maxime, vbi *Historia ILL. CASIMIRIANI* peculiari Libro *ὁβυτῶ ἐπὶ παλάμῃ* edetur, locum peculiarem & primorem *Dominorum Scholarcharum ILL. CASIMIRIANI* sibi vendicabit *Enarratio*.

§. LX. Proindeque nunc non commemoramus *Familias*, a quibus *Praeful hic*, & antea *Director*, ortus est, *Stempelianam, Hofsteterianam, & Schreuerianam*, & quarum *Laudatores* nouissime fuisse scimus, *Dn. Wilschium* in *Dissertatione de Annaebergensis vicinarumq; Ecclesiarum Ephoris* ed. A. 1713. & in *Incunabularum Scholae Annaebergensis* P. II., Res. III., ed. A. 1714., & *Dn. Emmerling* in *der Herrlich-*  
Zeit

Feit des berühmten Annabergischen Tempels, *ed. A. 1713.* Silentio nunc praetermittimus *Annabergam*, Urbem ipsius patriam, & *Genitricem*, uti *Virorum clarissimorum complurium*, ita *Theologorum, Erasmi Sarcerii, Pauli Jensis, Georgii Nucelii, Adami Hermanni, Jo. Schreiteri, Godofredi Schreiteri, Michaelis Wendleri, & Christiani Lehmanni*: quippe quorum legem *Lipsiae A. 1701.* contexere coepit *Dn. Jo. Dietericus, Philosophiae Magister, & Diaconus* deinde *Dubenensis* in *Dioecesi Iteburgica*, in *disputatione de Annaeberga & claris Viris inde oriundis. Disertationes reticemus Acad. micas, Wittebergae, Jenae, Lipsiaeque ab Eodem conscriptas & defensas: Disputationem Wittebergae A. 1661. sub praesidio M. Sim. Frid. Frenzelii ventilatam, de poenarum irrogandarum ratione ex proportione arithmetica, Disputationem Theologicam, Praeside D. Christiano Chemnitzo A. 1666. Jenae habitam, de Salute Esau, & Disertationes binas inaugurales, alteram ad Rom. II. 4. de Benefolentia Dei universali Lipsiae A. 1671. & pro Licentia propositam, alteram vero de Sabbato Christianorum, propositam ibidem in Actu Promotionis Doctoralis A. 1674., quae ipsa, occasione *Controversiae de Jure Sabbati Strykianae*, recusa fuit A. 1703. Notamus autem nunc solum, *Dominum Directorem Stempelium*, cum ultra *annos duodecim* in *Academia* vixisset, *Coburgum* ad obeundum *Directoris* munus *Anno supra dicto MDCLXX.* accersitum, & a *Dn. D. Seldio* solenni ritu introductum fuisse, *Spartaeque huius & Directionis Gymnaesiae* laude datissima tunc posse *Intra.**

§. LXI. Caetera autem & insecuta quo minus afferantur, quoniam chartae impedit angustia, indicamus adhuc, *Studiosum Publicum, & Juvenem, qui, eximium & praestans a Deo natus ingenium, Coburgi feliciter visus est succreuisse, JO. NICOLAUM Pölmann, Boitzenburgensem e Ducatu Mecklenburgico, pro Oratione natalitia dicturum de Reliquiis Naturae Christi Papsitico. Vosque, Cives Studiosi, Sermonem aucturum sacrum, JESU M SALVATOREM totum, totum enim nobis datus est, expendite, nec fastidiat aut praesepite, sed, Dorstche in Admirandis suscitante, Admiranda in praesepi quaerite! P. P. Coburgi Fer. I. Nativ. A. MDCCXVII.*

Typis excerpit Mauricius Hagen, DVC. Typogr.

J.L. CASIMIRIANI CO.  
BVRG CI

I. N. I.

MEMORiarVM CO-  
BURGensIVM

DECIMA

f.

CONTINVATA  
DIRECTORATVS  
STEMPELIANI  
MEMORIA.



JLL. CASIMIRIANI CO.  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELIQVI  
S. I. S.

§. LXII. In *Memoriarum Coburgensum Nona* progressi vsque ad *xv. s. in Gymnasticam, commemorabilem & celebratissimam, Viri celebratissimi & Theologiae Doctorum in Orbe Lutherano post Dn. D. Casp. Loescherum Senioris, Dn. D. JO. AVGVSTI STEMPELII, istiusque temporis in praesenti repetituri memoriam, in Actis quae obuenerunt, notamus statim, & in ordinem, qui hactenus placuit, redigimus; nam in Virtutes Theologi huius Veterani omnes, & speciatim felicitatem in animis mouendis, quali pollebat Chrysostomus, scientiam rerum sacrarum & disciplinae Ecclesiasticae, qualem habuit Cyprianus, & auctoritatem, qualis in Athanasio praenituit, nunc non vacat excurrere.*

§. LXIII. Obuenerunt autem *Programmata bene multa, gra-  
uia & plena, nec sine peculiari mentis instinctu scripta, praemissa-  
que Orationibus, tum ab Ipso Autore habitis, tum Professorum  
nonnullorum, sapientissime autem Studiosorum Iuuenum; Qui enim  
Orator est sine controuersia potens, & ore Pericleo verba fudit sem-  
per, pulpita Gymnasii animauit aequae, ac exemplum a se ad suos  
eumprimis Auditores voluit transferri. Obuenerunt Disputa-  
tio-*

sionum bene multarum Tituli; Qui enim, Studium Theologiae Polemicae necessarium, utile, approbandum, et in ecclesia retinendum esse, frustra quoque adeo & male a Nouatoribus, & hominibus imperitis, sugillari, nouerat, Disputationes crebrius instituit, & Lectiones pertractatas etiam defendendo animis Auditorum studuit imprimere. Obuenerunt collegiorum Theologicorum, philosophicorum, Oratoriorum, Gellianorum, Anthologicorum, & aliorum indiculi, siueque in primis Directore hortante, gubernante, & moderante, ad doctrinam omnem & optimarum artium studia Ciues, qui tunc erant, Gymnastici, Studiosque Iuuenes, erudiebantur. Et obuenerunt tandem Disputationes typis exscriptae complures, Theologicae & Philosophicae, quas ipsas, ut pristinum conseruemus ordinem, nunc indicamus, & secundum annos disponimus.

§. LXIV. Anno nempe 1670., & cum die, quod supra notauimus, mensis Septembris trigesimo in munus Directoris immissus fuisset *Dr. D. Stempelius*, die autem 22. Octobris publicas peculiari a se scripto & typis impresso programme intimasset Lectiones, d. 17. Dec. Disputationem emisit defenditque de Summi Boni Philosophici natura; A. 1671. d. 31. Mart. Vindiciarum pro Fasciculo controuersiarum *Heinrici Eckhardi*, oppositarum scopis dissolutis *Nicolai Arnoldi*, Reformati, Disputationem I., publicae ventilationi exposuit, d. 15. Apr. Vindiciarum Disputationem II., d. 22. Apr. Disputationem III., & d. 9. Sept. Dissertationem de Summi Boni Philosophici distinctione philosophicam: A. 1673. d. 1. Febr. Dissertationem publicae disquisitioni exposuit philosophicam de Virtutibus Theoreticis: A. 1675. Theses politicas proposuit de Aristocratia: & eodem adhuc anno Theses Theologicas ad *Hutleri* Compendii Locorum Theologicorum Locum I. de Scriptura, A. 1676. d. 3. Febr. Disputationem philosophicam foras dedit & publice

blice proposuit de *Jurisprudencia Legislatoria*, & d. 27. Apr. *Theses Ethicas de humanitate*: A. 1680. *Theses Theologicas* typis curauit exseribi & publicae subiecit disquisitioni, ad B. D. Leonh. *Hutteri Compendii Locorum Theologicorum Loci VIII. partem posteriorem de Peccato Actuali*. Exercitationes enim plures *Anti-Arnoldinas & Hutterianas*, aliasque, quarum nimirum tituli solum typis impressi sunt, aut manu sola scripti, vel ideo, quod propter multitudinem in tam paruum & angustum plagulae huius locum nequeunt concludi, silentio praetermittimus. Annoque 1688. d. 20. Sept. *ILL. Athenaci Coburgensis Directoratum*, de hoc ipso maximopere meritus, *Dn. Joanni Schubarto* resignauit ac transcripsit, constitutus *Ecclesiarum Districtus Coburgiaci Superintendens Generalis, DV CALIS Consistorii assessor, ad D. Mauritii Pastor, Gymnasii scholarcha & Professor publicus*.

S. LXV. Et spes est, diuidiae Lectori non futurum, si, quae de *Eckbarde*, de *Arnoldo*, de *Collegiis Gellianis & Anthologicis*, allata sunt, in ynius Iuuentutis gratiam, his adhuc collustramus annotationiunculis. Nam *Heinricus Eckbardus*, *Theologiae Doctor & Professor Giffensis*, tandemque *superintendens Altenburgensis, Gisberto Voetio, Calvinianae Ecclesiae Theologo, rigidi Lutherani nomine dictus*, pio doctrinae nostrae sanctitatem tuendi accensus zelo, & communi Ecclesiae vltui, doctissimos concinnauit libros, & in his A. 1623. *Fasciculum Controuersiarum Theologicarum inter A. C. Doctores & Calvinianos*. *Vidd. Witt. Diar. Biogr. ad A. 1624.*, 70. *Mulleri schediasma de Praesulibus altenburgensibus*, ed. A. 1694., & *D. G. Ludonici Hist. Gymnasii, scholarumque celebr. P. IV. p. 182. Nicolaus porro Arnoldus, Theologiae Doctor, & eiusdem in academia Franekerana per 30. annos Professor, mortuus A. 1680.*, edidit etiam A. 1666. *refutationem fasciculi illius controuersiarum*, *vv. Witt.*



c. I. ad A. 1680. & Boeckmanni Schediafma de doctis Nicolais. Lipsiae aurem iam pridem innotuerunt societates Literariae, Collegium Gellianum, Anthologicum, & Conferentium; scripsitque nuper rime C. E. Sicul in Neo-Annalium Lipsiensium Prodrumi syndromo p. 189. vti de Anthologico, Lipsiae hodieque florente, & in quo flores, a Sociis legi solitos, Hilscherus nominavit selectissimas Autorum sententias, momenta rerum gestarum, difficiliorum locorum enodationes, Vitae clarorum hominum, veteris ritus origines, &c. : ita de Gelliano p. seq., Das Gellianum, inquit, welches seine Benennung aus des A. Gellii c. II. l. XVIII. Noct. Att., den Ursprung und Rahmen aber A. 1641. von Caspar Sieglern/ Friedrich Rappolt/ Jo. Strauch/ und Christ. Friedrich Franckenstein/ ferner von Esaiä von Puffendorff/ David Lindnern/ Jacob Born/ denen Schiltern/ Carpsov und Bosen/ nicht weniger von Val. Alberti/ und Jo. Cleario &c. erhalten hatte/ war nicht allein mit dem Anthologico zu gleicher Zeit im Flor/ sondern kam auch nach Absterben des vortreflichen Kleeblats/ Rappolts/ Strauchs/ und Franckensteins/ gleich wieder ins Abnehmen: jedennoch mit diesem Unterschied/ daß das Gellianum ums Jahr 1680. nest dem Collegio Conferentium, so A. 1664. entstanden war/ ganz und gar eingegangen/ da das Anthologicum sich wieder erhohlt. Conf. der Leipz. Superint. Geschichts-Calender in vita D. Geieri p. 193. vbi haec extant: A. 1641. beschloß Er (Hr. D. Geier)/ nebst Hn. D. Jo. Bened. Carpovio und Hn. D. Abraham Tesslern/ damahls beyden Diaconis, ein Collegium Gellianum zu halten/ da Sie untereinander aus gewissen Commentatoribus.

so Sie untereinander austheilten/ den Kern über den Mat-  
thaeum, Epist. Pauli ad Tit. &c. zusammen trugen/ und dar-  
aus sonderlichen Nutzen empfunden: welches Collegium  
sch dieses Jahr anfieng/ und erstliche zwanzig Jahr conti-  
nuirt wurde. Et in Memor. Pipping. T. 1. p. 1047. in Memoria  
Ziegleriana sequentia leguntur: Collegium Gellianum, quod per  
tot annos in Philurea Academia floruit, atque apud omnes Eru-  
ditos famam gloriamque sibi acquisiuit, Zieglero ortum potissi-  
mum debet, qui doctissimos homines, & summis in publicam rem po-  
stea meritis illustres, Esaiam Pufendorffium, Joannem Strauchium,  
Fridericum Rappoltum, Christianum Fridericum Franckensteinium,  
Jacobum Thomassum, aliosque, in consortium allexit, atque omnis  
humanitatis, antiquitatis, & quicquid unquam reconditae eruditio-  
nis fuit, interiora cum Sociis diligentissime est scrutatus. Vnde ve-  
rò de Labore a Directore, Dn. D. Stempelio, Coburgi cum Studiosis  
Juenibus suscepto, & fructu ex Collegiis istis, Gellianis & Antholo-  
gicis, percepto facile cognoscitur.

§. LXVI. Sed repetamus iter. Diximus de *Scriptis Stempe-  
lianis*. Pergemus itaque ad *Ἐπιτομὴν ἁπάντων* caetera *Stempeliana*  
& *Directorialia*, in *Actis* adhuc obuia, & digna omnino visa,  
quae indidem similiter commemorarentur. *Directore* nimirum  
Dn. D. Stempelio, & A. 1674., Jussu ERNESTINO Clementissimo  
*Visitatio*, quam vocant, instituta est, eodemque in Censu, *Actori-  
bus* splendidis, *Administris* grauiorum vtriusque Curiae consili-  
orum, *Carpouio* & *Veerpoortennio*, reddenda etiam erat ratio  
Status *Gymnaistici*, vt tempestine prouideri, & antiqua *Gymnastii*  
fama perflare posset. Vid. Dn. *Chronic. Coburg. L. II.*  
p. 348., vbi haec extant: A. 1674. vom 21. Sept. bis den 5.  
Octobr. ist vom Hn. Canzlar *Carpzoven*/ nebst dem Hn.  
Xiv

Kirchen-Rath/ D. Wilhelm Verpoorten/ im ganzen  
 Coburgischen Fürstenthum Schul- und Kirchen-Visita-  
 tion gehalten/ und sind alle Personen wegen ihres Chri-  
 stenthums öffentl. examiniret worden; in *Actis autem Gymna-  
 sii Intimatio* visitur *Directoris & Professorum*, quae ad Tabulam  
 affixa fuit publicam Dom. III. p. Epiph. A. 1675. & quemad-  
 modum hoc Musarum domicilium salutarium legum praesidio  
 iuuari voluerit PRINCEPS PIENTISSIMVS, ERNESTVS, doctri-  
 naeque liberalioris cultum quemadmodum augeri voluerit, e-  
 docet. *Directore* Dn. D. Stempelio, & Anno modo dicto 1674.,  
 dieque 18. Octobr. *laudatissimus PRINCEPS, ERNESTVS*, in *Sava-  
 stias* per omnem vitam studiosissimus, & sponte se quieti compo-  
 siturus, in FILIVM aetate maximum, FRIDERICVM, Regimen  
 transmisit prorsus, (ad *initia enim transmissi Regiminis* perti-  
 nent *Salsfeldici Thaleri, aureique nummi*, anno antè cusi, de qui-  
 bus egerunt, *Tenzelius in Schediasmate de Nummis Saxoniciis ho-  
 magialibus* p. 19. *Idem in Saxonia Numismatica Lineae Ernest.* p.  
 772., *Hamb. Remarqu. ad A. 1702.* p. 155., & *Eyringius in vita Er-  
 nesti Pii* pp. 31, 32.) fidemque tunc suam humillime etiam SVC-  
 CESSORI SERENISSIMO obstrinxit Coburgum, *Conf. Chron. Cob.*  
*c. l. p. 349.* *Directore* Dn. D. Stempelio, & A. 1675. d. XXVI. mart.,  
 suo in Redemptore pie, placide & gloriose cum obdormiuisset  
 humillime modo dictus ERNESTVS PIVS, *Nutritius* ILL. *Casimi-  
 riani* Munificentissimus, *Rerumque eiusdem Statoy & Vindex* post  
*DEVM* maximus, *Orationem* quidem *parentalem*, typis, instar caete-  
 rarum *parentalium*, exscriptam, in *Gymnasio* dixit supra comme-  
 moratus *Praesul Verpoortennius*; exequias autem, quae d. Jun. IV.  
 agebantur, (*vid. Chronic. Coburg. L. II. p. 349*) cum moero-

re

re eundas Ciuibus suis indixerunt *Director & Professores*, & alio  
 quanto post, d. xv. Julii, Natalem *Novi Astri, post solis fugae Solis ad  
 perennem Solem fugam, Serenissimi FRIDERICI, SUCCESSORIS NV-  
 TRITII exoptatissimi*, Oratione natalitia demississime concele-  
 brauit *dn. d. Stempelius*, & publico *Gymnasii* nomine, inter vota  
 & gratulationes, fidei & obsequii posuit tesseram. Et *Directore*  
*dn. d. Stempelio, A. nempe 1677.*, Votis SERENISSIMORVM FRA-  
 TRVM, DVCVM SAXONIAE, FRIDERICI, ALBERTI, BERN-  
 HARDI, HEINRICI, CHRISTIANI, ERNESTI, & JOH. ERNESTI,  
 subscripsit AVGVSTISSIMVS & INVICTISSIMVS LEOPOLDVS,  
 IMPERATOR, & ILL. CASIMIRIANVM ad dignitatis *Academi-  
 cae* euexit fastigium, *privilegio nimirum Academico & splendidissi-  
 mo*, quod in *Chronic. Coburg. P. I. p. 212.* descriptum legitur, in  
*Jubilaeo* autem *toties dicti Casimiriani*, A. 1705. celebrato, per  
 Secretarium Ducalem recitatum fuit; sic adeo, [quod habent  
*Autores Nouorum Literariorum Germaniae A. 1705. p. 352.*, de  
*Jubilaeo eodem commemorantes*] vt constituendae *Vniuersitati  
 Coburgensi* publica iam facta fuerint auspicia, nec quisquam sit,  
 qui de nouo hoc *sidere patriae communi* nolit gratulari.

§. LXVII. At enim integrum non est ob chartae angustiam,  
 caetera *Directoratus Stempeliani laudatissimi* & *ἔτιονημὲν* vt a com-  
 memorando persequi. Proindeque hic *narrationi nostrae* nunc  
 statuitur modus, vt *Orationem* adhuc intinemus *paschalem*, ex  
*Mich. II. 13.* de *Christo* *happorez* habendam a *Studio Publico &  
 Ciuo* *verecundo, erudito, & probato*, PAVLO HÖNN/ *Cobur-  
 gensi*, & VOS, CIVES & STUDIOSI IUVENES, ad auscultatio-  
 nem cohortemur salutarem. P. P. Coburgi Fer. I. Pasch.

A. MDCCXVIII.

I. N. I.

MEMORIARVM CO-  
BURGENSIVM

VNDECIMA

MEMORIÆ  
DIRECTORATVS  
STEMPELIANI  
CONTINVTIO AL-  
TERA.

JLL. CASIMIRIANI CO.  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELIQVI  
S. I. S.

§. LXVIII. De *Virgute Seempeliana*, & *Aξιωνμοεωροισ*, in *Intimationem* hanc *pentecostalem* reservatis, quaedam adhuc commemoraturi, principem in *His* locum & auctoritatem omnino damus *Ingressui Herili DIVI ALBERTI*, DVCIS SAXONIAE, quippe qui A. MDCLXXX. contigit, & *Directore Gymnasi* supra saepe, & multum, recteque laudato *Dn. D. Stempelio*; nam Coburgum tunc, vt sedem heic figeret, ingresso SERENISSIMO ILLO PRINCIPE, & postquam SERENISS. FRIDERICVS A. MDCLXXX. d. 13. Nou. Ducatum *Coburgensem*, atque cum eo *Gymnasi Casimiriani* curam, dicto SERENISS. DN. FRATRI, ALBERTO, tradidisset, *Ditio Coburgensis Herum* accepit *longe Indulgentissimum*, & *Gymnasium NVTRITOREM gloria adhucdam illustrissima* & *praedicatione humillima* effere-  
ndum.

§. LXIX. Reduxitque *Aduentum hunc exoptatissimum* *Dn. D. Hönn* in *Chronico Coburg. P. II. p. 353.*, & *his fere verbis*, in *memoriam*: Am 11. Febr. A. 1680. bekam diese Stadt Coburg/ zu ihrer sonderbaren Freude / einen allhier residirenden Landes-Water / dergleichen sie bey nahe in 50. Jahr gemisset/ indem an diesem Tage der Durchlauchtigste Fürst und

und Herr/ Herr Albrecht/ Herzog zu Sachsen/ Thürlich/ Saxe u. Berg/ auch Engern u. Westphalen ꝛ./ nebst Dero hoch-Fürstl. Frau Gemahlin / und gesamtten Hofstatt/ von Salsfeld/ allwo SIE biß daher Ihr Hoff-Lager gehabt/ allhier Ihren Aufzug gehalten/ und sind von hohen Bedienten/ Land-Adel/ und vielen andern/ eingehohlet/ dabey mit Gratulationen und Freuden-Schüßsen aus Stücken auf der Bestung/ und Salve v. der Bürger-schafft/ auf das beste empfangen worden ꝛ. ꝛ. Et *Tenzelius* in *Saxonia Numismatica* Lin. Ernest. p. 95. scripsit: *Post ERNESTI PII obitum, & ex illo tempore sequutam haereditatis diuisionem, per pactum a tribus FRATRIBVS senioribus A. 1679. initum, Ducatus COBURGENSIS, cum omnibus eò pertinentibus & Regalibus, ad ALBERTVM, DVCEM SAX. IVL. CLIV. & MONT., peruenibat. Salsfeldia quidem prima erat ALBERTI sedes, quam tamen, post initum istud pactum, cum Coburgo A. 1680. permutauit.*

§. LXX. Vti vero Indicia pietatis suae PRINCEPS hic piensissimis complura edidit, & signatissima, nominatimque arduum simul tractauit negotium de instituendo e sententia Doctoris Nicolai Hunnii Collegio Theologico, orthodoxae Religionis hyperaspiste, (vidd. de hoc Collegio Theologico Hunniano Caroli Memorab. H. E. T. 1. p. 1032., p. 1045. & p. 1046.) Templique Aulici Coburgensis, secundis auspiciis, magnificas inter ceremonias, d. XXIII. Jun. MDCXC. primum, ad CONSTANTINI exemplum, posuit lapidem, & numismate (vid. *Tenzel*, c. 1. p. 928.) memoriam huius rei aeternitati consecrauit: ita *Visitationes* Ecclesiarum & Scholarum, Inclytæ ad Salam Vniuersitatis, Dicasterii Aulici, & Scabinatus ibidem, ordinauit, ipsiusque *Illustrissimi sui Gymnasi*. hocque quia factum est Anno post mille, sexcentos,

octogesimo quarto, & *Directore* adhuc *Dn. D. Stempelio*, *Stempelius* etiam, quemadmodum *Censu* illo solenniore, *Medio Incrementi* praestantissimo & accuratissimo, *Gymnasticae* rei fuerit prospectum, intimaui, & quae ex *Decreto SERENISSIMI NVTRII Visitationis* studiosae *Iuuenturi* significanda atque promulganda erant, peculiari scheda, typis impressa, d. XVII. Aug. A. MDCLXXXIV. indicauit promulgauitque: *Memorabilibus Directoratus Stempeliani* haec sollicitissima *morum studiorumque cognitio* meritissimo iungitur.

§. LXXI. Quid? quod in honorem *Gymnasii* nostratis & *Directoratus Stempeliani* recte afferuntur *Litterae*, quas *Academia heidelbergensis* *Inchra* & antiquissima, a *RVPERTO R VFO* *si Seniore*, *ELECTORE PALATINO*, A. 1386. solenniter introducta (*vidd. Dan. Pavei Historia Bauarico-Palatina*, a *Dn. G. C. Iohannis* recognita, illustrata, aucta, recusaque *Francof. ad M. A.* 1717. pp. 166. & 167., & *F. Lucae* in *Europaischen Helicon* p. 361. seqq.), Annoque 1686. *Festum* *seculare* & *jubilaeum* tertium, *Rectore* *Vniuersitatis* *FRID. GVILIELMO*, *COM. PAL. RHEN.*, *concelebratura*, ad *Professores Coburgenses*, iuxta cum *Intimatione* *Jubilaei*, *Heidelbergae* typis exscripta, & publice ibi affixa, misit, quibusque e loco pariter publico *Studiofis Coburgensibus* *Festiuatatem* illam petiit indicari.

*Epistola Heidelbergensis* haec est:

*VIRI plurimum Reverendi, Consultissimi, Experientissimi atque Excellentissimi, Domini RECTORES & PROFESSORES,*  
amici honorandi.

*Cum* per *DEI* *clementiam* *Vniuersitas* *nostra* ad  $28^{\text{a}}$  *diem* *Octobris* *concelebratura* *sit* *festum* *suum* *seculare*, *ubi* *complexis* *totis* *CCC.* *annis* *Quartum*, *Numine* & *Principe* *propitio*, *auspicabitur* *seculum*: *hoc* *omnibus*, *qui* *bonis* *litteris* *fauent* *operamque* *nauant*, *decanter* *indicare* *uolumus*. *Quoniam* *vero* & *nobis* *persuademus*, *certid* *que*



confidimus, Vos, VIRI Excellentissimi, a nobis, Musisque nostris non esse alienos, quin iis fauere, Institutum nostrum in adiecto programma-  
te declarare volumus, obnixè rogantes, placeret illud Ciuiibus vestris  
Academicis e valuis, vel loco publico, communicare, si qui forte essent,  
qui sacra haec spectare, iisque interesse vellent. Promittimus non  
solum in simili, sed in omnibus aliis occasionibus, & officia reciproca, &  
omnia, quae pro viribus nostris Vobis grata poterunt accidere. Va-  
lete VIRI Eudoximotatos!

Nobil. Praecell. V. V.

Heidelbergae ipsi Kl. Sept. MDCCXXCVI.

Paratissimi

ProR. & Prof, reliqui Vniuersi. Elect.

In Epistolae tergo haec legitur Inscriptio:

VIRIS plurimum Reuerendis, Consultissimis, Experientissimis at-  
que Excellentissimis, Dominis RECTORIBVS & PROFESSORIBVS  
Illustri Gymnasii Coburgensis, Amicis nostris plurimum honorandis.  
Coburg.

Et infecura est sequens Intimatio Coburgensis & Stempeliana:

ILLVSTRIS GYMNASII COBURGENSIS  
DIRECTOR

et

PROFESSORES RELIQUI

Ciuiibus Suis

S. P.

Quantam in conseruatione Scholarum vniuerso Mortalium generi, &  
cum primis Ecclesiae suae, coeleste illud Numen faciat gratiam, nemo  
forte, nisi qui in ingratis cum imprudentissimis, imò impiis-  
censeri velit, negatum iuerit. Quam in rem omnis Orbis Christia-  
ni una in laudes diuinas animata vox ut resonet, par est, vbi aliqua e-  
iusdem pars praesitam eam sibi diuinitus clementiam grata memo-  
ria recolit, seculari aq, quae dicere solemus, festa celebrans vota conser-  
uatori adhuc suo persoluit. Ut pium prorsus atque singulari enco-  
mio

L. 3

mio dignum sit Consilium Almae Vniuersitatis Electoralis Heidelber-  
 gensis, quo literis publicis seculare suum Festum, quod, post superatum  
 tertium ab natalibus seculum, ad d. <sup>XVIII.</sup> ~~XXIX.~~ Octobris anni currentis,  
 propitio Numine, iussu atque indulgentia Patroni Clementissimi, Ser-  
 nissimi ac Potentissimi Principis ac Domini, DN. PHILIPPI WIL-  
 HELMI, D. G. Comitis Palatini ad Rhenum, S. R. J. Archiepiscopi  
 & Principis Electoris &c. &c., Domini Nostri Clementissimi,  
 auspiciis RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI, Celsissimi Principis ac Do-  
 mini, DN. FRIDERICI WILHELMI, D. G. Comitis Palatini ad Rhe-  
 num, Bauariae Ducis &c. &c., conueniente solemnitate sacrum habe-  
 bit, omnibus ac singulis literas istas visuris notum facere, atque ad  
 concelebrandum secum Numen altissimum, spectandasque solemnita-  
 tes, inuitare susinuerunt. Quarum literarum exemplum cum a-  
 micis suis a Pro-Rectore Magnifico & ceteris Professoribus laudatissi-  
 mae Academiae inclusum Nobis pariter e loco publico ciuibus no-  
 stris communicandum transmissum fuerit, si qui forte essent, qui sacra  
 ea spectare, iisque interesse uellent; & aequum omnino atque iustum  
 sit, nos tantae antiquissimae ferè inter Germanicas Academiae felici-  
 tati congaudere, a qua Musisque Ipsius alieni haudquaquam sumus,  
 non potuimus non tam honorifico nobis petito satisfacere. Exhi-  
 bentur igitur hic nobis e latere literae dictae publicae sigillo Aca-  
 demico munitae. Nos autem, ubi pijs votis Sacra illa instantia pro-  
 secuti fuerimus, DEVM implorantes Ter Optimum Ter Maximum,  
 quam haecenus inter tot furentis Martis Turbas integritatem Almae  
 huic Studiorum Matri praestitit, posthaec pariter consecrare annuat  
 elementissime, Religioni sinceræ inibi aliquem imposterum quoque  
 ponat locum, huiusque subinde magis atque magis protrahat termi-  
 nos, officinam eandem esse iubeat, ex qua non minus, atque superiori-  
 bus seculis, debinc aequè prodeant Viri in publicum uiles, quique  
 Rempubl. & ciuilem & literariam tum inuare, tum ornare ualeant  
 quare

quam optime, libertatem Vobis facimus atque licentiam ad solennia haec secularia excurrendi, eademque spectandi: nulli dubitantes, quin inde & ad intellectum & ad voluntatem vestram plurimum perfectionis redire poterit, Valere, & rem vestram probe curate. P.P. Dom, XVI, post Trinit. A. MDCLXXXVI.

§. LXXII. Triennio ante, & A. 1683., d. 19. Nou. (non 25. Nou., ut est in *Wittenii Diar. Biogr.* & hinc in *Gelehrten-Lexico*) *Directore* itidem *Dn. D. Stempelio*, ex hac migravit vita *Dn. Augustus Carpzouius*, *ſctus summus*, SERENISS. SAX. DVCVM in *Ditione Coburgensi* quondam *Cancellarius*, *Consistorii Praeses*, *gymnafij Proto-scholarcha*, & demum SERENISS. DVCIS SAXO-GOTH. *Consiliarius Intimior*. At *Is ipse* magnopere de *Gymnasio Coburgensi* quoque erat meritis; *Is Mensam Caupertino-Erhardinam* in *Conuictorio Alumno* auxit *Carpzouiano*, cuius nempe *Voluntatis benignissimae* testimonium mense Dec. A. 1670. conscriptum fuit: *Eiusque Merita* quia postridie exequiarum *Gymnasium* toties dictum tam grata mente recoluit, ut honoribus *Patroni Optimi* in *Oratione parentali* Iusta perfecrit *Director*, *Dn. D. Stempelius*: honorifica sane tanti *Euergetae*, & tantae, *Directore Dn. D. Stempelio*, ad fortunam *Gymnasticam* accessionis, haec etiam facienda erat mentio, gratissimumque animi memoria etiam hac *fideli* declarasse iuuerit.

§. LXXIII. Et *Viros tandem* habuerunt, habentque possim, *PRINCIPVM Palatia*, *Templa*, *Curiae*, *Cathedrae* & *Domus*, qui, *Stempeliana* subleuati opera, ad *vsam rei humanae communem* attulerunt, afferuntque adiuuentum; *Directore* imo *Dn. D. Stempelio*, & A. 1684., *Coburgum* venit, & in *Album Ciuium Gymnafij* nomen suum rerulit, *Praeside* quoque eodem *Directore*, in hebdomadariis *Disputationibus* *cathedram* conscendit *ILLVSTRISSIMVS COMES*, *DN. JO. WILHELMVS* de *WVRMBRAND*, qui ipse *Coburgo Lipsiam* ad percipiendam *literaturam sublimiorem*

orem abiit, *Trajecti ad Rhenum* in Academia A. 1692. Disputacionem proposuit *de foro s. Imperij Romano-Germanici Principum*, & A. 1705, longum opus & longo studio longoque labore confectum emisit, *Collectanea Genealogico-Historica ex Archivio Inchytorum Austriae inferioris Statuum, ut & aliis priuatis scriniis, documentisq; originalibus excerpta; accessit de haereditariis prouinciis Austriacarum Officialibus Commentatio.* Conf. *Nou. Lit. Germ. A. 1706, p. 59.*

§. LXXIV. Haecque praefati, VOS, CIVES STUDIOSI, hortamur, ut *Orationem pentecostalem*, e suggestu Aedis Gymnaeicae a *Iuvene & Studio Publico, qui in Musarum nostrarum castris & sub Apollinis vexillo strenue militat, JO. CHRISTOPHORO Reichard/ siemaniense*, pronuntiandam, audiatis, gratiasque & habeatis & agatis SPIRITVI S. ADVOCATO. P. P. Coburgi Fer. I. Pentec. A. MDCCXVIII,

*I. N. I.*  
MEMORiarVM COBVR-  
GENSIUM

DVODECI-  
MA

*f.*  
MEMORIA

IO. SCHVBARTI  
ILL. ATHENAEI COBVR-  
GIACI

DIRECTORIS OCTAVI.

ILL. CASIMIRIANI CO.  
BURGIACI  
DIRECTOR  
ET  
PROFESSORES RELI-  
QVI  
S. I. S.

§. LXXV. Prolatis autem, quae ad *Directoratus STEMP-  
BLIANI* pertinebant historiam, & cum *ILL. Gymnasii* rebus im-  
plicata erant & cohaerebant; recensitisque *Viri* multo meritis-  
simi, *Dn. D. STEMPELII*, Scriptis, & *Speciminibus* simul *Acade-  
micis*, quibus addi tamen adhuc debent *Dissertationes* binae, *Prae-  
fide Theologo Lipsiensi, D. I. A. Scherzera*, aduersus *Socinianos* a  
*Dn. D. Stempelio*, tunc *Magistro*, defensae, & in *Collegio Scherzeri*  
*Anti-Sociniano* idcirco obuias, *de Principio Religionis Sociniano-  
rum*, & *de Lege diuina*; ad *Eiusdem Successorem* in *Directoratu*  
dignissimum, *JOHANNEM SCHVARTZM*, progredimur, qui  
sua ipse manu hoc a se susceptum *duodeviges* negotium sequenti-  
bus designauit verbis in *Gymnasii* *Matricula*: *DEO O. M.*, cle-  
menter ita disponente, *Summe Reuerendus, Amplissimus & Ex-  
cellentissimus Dn. Jo. AVGVSTVS STEMPELIVS, S. T. b. D.*, *supremus*  
*huius prouinciae Episcopus, Duc. Consist. Assessor, ad S. Mauritii*  
*Pastor, Gymnasii Scholarcha, & Prof. Publ. summa cum laude a se*  
*per integros duodeviginti annos cultum Directoratus officium d. 20.*  
*Septs.*

Sept. Anni post CHR. NAT. MDCLXXXIX. publice resignavit  
JOHANNI SCHVBARTO, M. hactenus Pædagogiarchoæ & P. P. O.

§. LXXVI. Et ad JOHANNEM hunc SCHVBARTVM quod attri-  
net, Theologum atque Philosophum haud incelebrem, laudatissimi-  
que Gymnasii Coburgensis per quinque amplius lustra Professore[m]  
eiusdemque ad Olympiadem, & quod excurrit, Directorem gravif-  
simum, Illius quidem sua iam celebratione meminit DAS Ge-  
lehrten-Lexicon p. 2046. Vita Schubarti iamdum comparet  
in Elogiis Germanorum quorundam Theologorum, a Præsule Lu-  
becensi, Dn. D. Goetzio, A. 1709. foras datis: deque eadem-  
memoria procul dubio con-memorabit Dn. F. G. Götterus, su-  
um in Elogia Clarorum Altenburgensium adacturus Schedias-  
ma: paulo tamen latius scribere quoniam animus est, & ex-  
plere a laudatorum librorum Autoribus relicta, istaque toties  
dicta ratio, quam coepimus, teneri porro debet a nobis, sequens  
Biographia contexitur Schubartina.

§. LXXVII. Johannes nempe Schubartus, Director Cobur-  
gensis Collegii CASIMIRIANI, pridie Calendarum Januarii Anni  
MDCXLII. in lucem hanc susceptus est Altenburgi, celebri  
prope Plissam Vrbe, quæ Arcem habet DVCALEM, ob plagiu[m]  
Kaufungianum inter omnes notam, Scholam semper fouit  
florentissimam, & Viros idcirco insignes prætulit, &  
multa laude illustres, inque his a Quæstio in Dialogo de patri-  
is illustrium doctrina & scriptis virorum pridem recensitos, ab  
Adamo autem, Frehero, Lexico Buddeano, Zeumero, & aliis, de-  
scriptos plenius, Matthiam Colerum, Juris Consultum sui ævi  
inter primos summum, & Wolfgangum Meurerum, Professore[m]  
Lipsiensem. Pater Civis ibi fuit & Mercator primarius, Tho-  
mas Schubartus, sexto autem, quam nasceretur Filius hic, mense  
iam ante defunctus; vt proinde Schubartus in Eruditorem nu-

miro ponendus sit, quos ex *Mercatorum* domo ortos *Dn. Fenselius* in *Schediasmate de Eruditorum Germanorum Vitis* recitavit, tūm vero etiam ad *Claros* pertineat *Posthumos*: nam post humationem Patrum complures etiam nati sunt Viri a doctrina deinceps probe instructi, Patremque, *Mercatorem* itidem *Noribergensem*, suis nunquam adspexerat oculis, post eiusdem humationem natus, Theologus quondam summus, *Jo. Guilielmus Baierus*. Linguarum & artium fundamenta facile emensus est *Schubartus*, & profectu tam celeris, ut in *Academiam Jenensem* ipso quinto & decimo aetatis anno ingredi valuerit, nec tam cum ingenio *Commilitonum*, cumque *Doctorum* & laudatissimae *Mātris, Annae Mariae*, spe votisque, quam cum ipso, quod in exsuperabile esse creditur, tempore certasse, & annos anteuertisse adhaec dicitur, dignus nimirum, qui propterea, & quoniam ante tempus, sed perorato, maturuit, locum peculiarem teneat inter *Eruditos praecoces*, ab *Adriano Bailletto*, & *Dauide Schuetto*, enumerari coeptos. Rectorem autem habuit *Georgium Crauserum, Tobiae Seifartii*, qui munus Superintendentis *Coburgensis* susceperat, in *Receptoratu Altenburgensi* Successorem, *Virum iuuentuti & Ecclesiae vtilem*, descriprumque in *Elogiis Gotterianis* aequae, ac in *Pippingianis Memoribus*: & *Commilitones* acmulos, studiorum laborumque socios, *Henricum Crellium, Petrum Haertelium, & Henricum Opitium*, *Altenburgenses* ortu, & a meritis in *Ecclesiam & literas* cognitissimos. A. MDCLXIII. d. 3. Aug. in *Academia*, quam faulste adierat, *Salana, a Decano & Brabeuta, Caspare Posnero, Physices Professore*, collati in *Eum* sunt *Magisterii* honores, qui virtutique debentur; & ab illo in primis tempore, cum in doctissimorum hominum corona stetit saepius, in *Disputationibus* egisset *Praesidem*, *scholas ipse aperuisset & doctrinae suae assis*



feciffet copiam, suasque adeo dotes vsu confirmasset & exercitatione, in Collegium Ordinis Sapientum cooptatus est, & *Adiuncti* ornatus axiomate. A. MDCLXVIII. DVICALI Autoritate ad capeffendum munus in *Athenaco Coburgensi Professorium* euocabatur, nempe nec foris ignotus, & *PRINCIPIBUS* quoque commendatus. A. MDCLXXXVIII. altiore subinde loco ac forte in Collegio Professorio beatus, & ab *Antecessore summo*, *Reuerendo*, qui, quod supra diximus, ad *πρωτοδοξικω* Sacrorum Coburgensium subuectus erat, collaudatus, ipsos Gynasii faeces, constitutus *Director*, capeffiuit; praestantque in Aetis Programmata duo, alterum *Directoris D. Baumanni*, qui d. 9. Apr. A. 1668, *Schubartum* introduxit *Professore*, & *Spindleri* in Professione Logica & Graeca Successorem, alterum *Dn. D. Stempelii*, *Praefectis*, qui *Eundem* in *Directoris*, nec non *Theol. Log. & Metaphysicae Professoris* spartam d. 20. Sept. A. 1688, immisit. Quoniam vero, proloquente *A. F. Mellemanno* in *Dissertatione* de *Matrimonio Literati*, annexa triennio abhinc ad *Ir. Carpentarii Centuriam Eruditorum caelibum*, magna est amplitudo commodorum, quae ex coniugio liberali capiuntur, *Schubartus* A. MDCLXXI. d. 9. Jan. coniugem acciuit singularis exempli foeminam, *Salomen Susannam*, a *Christophoro Zieglero*, *Scriba publico & Tabellionum Magistro* relictam Viduam, quae *Ipsum* altero vixdum vertente anno, edita in lucem prole mascula, *Jobanne Friderico*, Parentem, ast & post triduum, morte ingruente acerbi ssima, Viduum fecit; *huiusque* desiderio cum vltra lustrum indulgisset lugens, d. 18. Febr. A. MDCLXXIX. florentissimam omni decore tum Virginem, *Annam Mariam*, *Jobannis Eichleri*, *Domaniorum DVICALIVM Callenbergae & Ostluniae per 38. annos quondam Praefecti*, Filiam natu minimam secundis votis vereque secundis domum duxit, quae, dato iridem

fecunditatis experimento, tres peperit filios, totidemque filias: bini vero tantum *Filii Patri* superuixerunt, *Augustus Philippus & Johannes Christophorus*, istoque etiam *Patrem* per beatam insecuto inortem, solus superat *Dn. Io. Christophorus Schubartus*, Professor nunc *Ill. Gymnasii nostratis* extraordinarius & *Scholae Senatoriae* Rector *bene merentissimus*: superatque *Mater & Vidua, Matrona pia & innocens, & omnes complexa laudes*. Annoque tandem *MDCCXXIII. d. 28. Mart.* beatam placide exhalauit animam, & *singularia Theologorum fata in vitae ingressu expertus & progressu*. *Statura* etiam *paruus* fuit, de *Eruditis* autem *statura paruus* sed *eruditione magnis*, *Dn. M. Quadius* in *bini* egit *distribus* *singularia* non minus habuit *in vitae egressu*, addendus eo nomine *Virus Theologiae* *Dn. J. T. Gleich* a. 1704. Lipsiae *propositis*; nam inter *spem* solidioris firmitatis velut ex *insidiis, & tanto* cum impetu, *Ipsum* morbus adoriebatur, vt, nisi *stans Imperator, cum Vespasiano, moriturus*, decedere statione, cum eaque lectum fatalem commutare cogere, quaeque primum faciem *pristini mali colici* praebuit aegrotatio, in *ingrauescente*, mox dolore *intestinatorum acutissimo*, aestu item & angore cordis, *prostratisque eodem propemodum impetu naufragandi* ad omnia viribus, *truculentiam* prodidit; & post diem quintum *emortuus est Schubartus*.

§. LXXIIX. *Schubartus*; cuius, vt est in *Programmate* *sumebritam* pertinax vsquequaque fuit docendi studium, vt vix suis *Suorumque* necessitatibus, temporis aut conuersationis iucunditate *numquam* abstraheretur, & quod *interpellationes salutantium* diurno *labori* exemerant, noctu pensaret: *Qui*, vt *ibidem* extat, *Studiosae* *Iuuentutis* *commodis* se ita dicauit, vt *otio* vix occupari *instituto* *permitteret*, ne *valetudini* quidem, nisi *grauissime* *incumbenti*, *concessis* *operarum* *induciis*: *Qui*  
Sym.

*Symbolum quasi & publicâ fidei in iuuentutem daturus confessionem, in Lectionum Catalogis verba legi voluit omnibus omnium Doctorum animis inculcanda; πρᾶγμα τὸ ἀδελφῶς ἐπιχοῦται Negotiamini, dum veniam, Luc. XIX. 13., πρᾶγμα τὸ ἐπεδοῖται enim est in τῶν νομαχῶς λυγούτων in N. F., de quibus D. Sonntagius A. 1692. Aldorfii coepit differere, &, indicante Leighio in Critica sacra, rebus & negotiis gerendis occupari notat. Qui, Professor adhuc Coburgensis, obeundaæ Professioni in Academia Jenensi idoneus iudicabatur gratiosissime, insigni sui Imagine senæ relicta; &, nisi morte præpeditus fuisset, summos in Theologia honores Doctores mox obtinuisset, isdem dignissimus; Qui tertio Nonas aprilis anni iam dicti MDCXENI humatus est, & Concione tenebri in aede Mauritiana cohonestatus a Præmodum Reuerendissimo temporis Archi-Diacono & Seniore, M. Iohanne Fischero, ex Rom. VIII. 28., verbo illo melleo, (Carpz. Fun. T. II. p. 266.) nam & ex hoc capite, quod a modo dicto Confessionario sibi petiit prælegi moribundus, fidei speique firmabatur præsidii: Qui denique, Interprete Successore in Directoratu, nunc Theologo Erfurtensi meritis & ætate venerabili, Dn. D. Io. Sauerbrey, hoc Lapidum sepulchralis in coemiterio, incisum meritis, sumo accepit Epitaphium:*

MONUMENTVM.  
THEOLOGÏ ATQVE PHILOSOPHI EXCELLENTISSIMI  
DN. M. IOHANN S SCHVBARTI,  
QVI POSTVMVS ALTENBVIRGI NATVS.  
D. XXXI. XBRIS A. MDCXL.  
LYCEI PATRI  
AC INCLVTAE DEIN SALANAE  
INSIGNE DECVS  
IN HLVSTRI AD ISSAM ATHENAEO  
MVNVS PROFESS. LOGIC. ET LINGV. GR.  
INSPECTORIS ALVMN. DVCAL.  
ET PAEDAGOGIARCHAE

AC

AC DEMVM  
DIRECTORIS  
ATQVE SS. THEOLOG. METAPHYS. ET LOG.  
PROFESSOR. PVBLIC.  
VLTRA QVINQVE LVSTRA,  
SVMMA CVM LAVDE AC FIDE OBIENS,  
OBIIT IN DOMINO  
D. XXVIII. MART. A. M. DC. XCIII.  
AETATIS LL.  
POSITVM A VIDVA GENTE EICHLERIA,  
ET BIGA FILIORVM  
MOESTISSIMA.

§. LXXIX. Ex Disputationibus autem Schubartini, tenensibus & Coburgensibus innotuerunt: (1) Disp. de Futuris contingentiis, Praef. Prof. Reckmanno defensa A. 1663. (2) de Contradictione veritatis, A. 1666, in qua & seqq. egit Praef. (3) de Abipuro A. 1667. (4) de ead. ac diuersa Ciuitate, A. e. (5) de Praedicatione identica, A. 1669. (6) (7) Dissp. de Enunciatis, A. 1670. (8) Miscella Logica, A. 1675. (9) de Syllogismo Condi-  
tionali, A. 1676. (10) (11) Dissp. de Oppositione complexa, in quibus respon-  
dit Autor Hermannus ab Harde, hodie Professor in Academia Iulia longe  
celeberrimus, (12) de Enunciatione eiusque speciebus simpliciter & composita,  
A. 1684. (13) Exercitatio Theol. de providentia diuina, A. 1690. & (14)  
Affectu Theologicae de Praedestinatione, A. 1692.

§. LXXX. Et plura quo minus persequamur, praefationis ob-  
stat ratio, sermonem sacrum hodie habendum adhuc indicaturae. Quo-  
niam enim solenne & sanctum Gymnasii officium persoluet Studiosus  
Publicus JO. HEINRICVS Fiediger, Schmoelza Variscus, lucenti bonae  
frugis & sub signis nostris stipendia faciens laudabiliter, isque in Oratione  
natalitia sacrae Petrum Poiretum, qui in Oeconomia diuina, (magnum erro-  
rum periculosissimum Systema illam nuper in Poiretiani Sancti non san-  
cti vocauit Theologus Wittbergensis, Dn. D. Chladenius) Christum iam in  
Paradiso & ante lapsum incarnatum fuisse, arbitratur, ex Theologi Tabin-  
gensis veterani, Dn. D. Latgeri, Examine Theologiae nouae refellere de-  
creuit aequae, ac rectioris de Incarnatione I. C. (regimine diuinae mai-  
estatis, Rosfac. alleg. p. 308.) proponere sententiam, id VOS, CIVES  
STVDIOSI, latere nolumus, & ad auscultationis munus rite obun-  
dum cohortamur. P. P. Fer. I. Natiu. A. MDCCXVIII.

Coburgi, aere Hageniano.

Yc 2777

ULB Halle  
007 679 53X

3




1017

Mc







ILL. CASIMIRIANI  
COBURGIENSIS  
DIRECTOR  
I. N. I.  
MEMORIAM COBUR-  
GENSIVM  
PRIMA

f.  
MEMORIA INITIORVM ILL.  
CASIMIRIANI  
ET  
PRIMI EIVSDEM DIRE-  
CTORIS  
ANDREÆ LIBAVII  
MEDICINÆ DOCTORIS.

